



LOCA ALI:

Q VOT EX POMPONIANIS COMMENTARIIS RE
pedita, indicataq; in quibus censendis, & estimandis Ioāni Camerti
Theologo Minoritano, uiro doctissimo, suis in Solinum
enarrationibus, cum Ioachimo Vadiano non
admodum conuenit.

DE VADIANICIS, HOC EST NUMERIS OMNIBVS
absolutissimis in Melā Cōmentarijs, Ad D. Ioannē Fabrū suū, literarū literato
ūnque Mecœnatem pientissimum Ioannis Alexandri Brasicanī Elegation.

Cum passim auratis studijs Germanicus orbis

Surgeret, Oenotrijs clarior ingenij:

Cum passim uarijs campis Germanicus orbis

Luderet, herbam omnem pollice utroque ferens:

Scripta Melae nigritenebroſa ubi πάθατος οὐθίνη

Vidit, in omnijugos diua benigna libros:

Concilium indicit superum uenerabile, & aeras

Qui pulset nubes, querit habere Melae.

Postulat ante omnes genij Vadianon amoeni,

Cuncta ait hunc medica posse iuuare manus.

Iuppiter accedit, Cyllenius annuit, omnes

Pierides plenis dant sua puncta modis,

Dexter Apollo fauet, iustoque adspirat amice

Iudicio, haud cunctis notus Apollo uiris.

Docte Faber, quam se noster superarit amicus,

Quam liquidis uineat Pallados auspicijs,

Inuidia ipsa probat, Momus probat ipse seuerus,

Germani laudant lumina clara soli.

Quinetiam externos sensus si ex ordine uertes,

Vndique par priscaſ ſtat Vadianus auis.

IOACHIMVS VADIANVS HELVETIVS DOCTISSIMO IOANNI FA-
BRO, REVERENDISS. EPISCOPI CONSTANTENSIS VICA-
RIO, COLENDISSIMO DOMINO, ET SYNCERISSI-
MO AMICO S. P. D.



Cameris
laus.

*Camers a
Vadiano dis-
sentit.*

Ecognoscenti mihi proximis mensibus, amplissime Faber, inabsoluta illa nostra in Pomponium Melam commentaria, ut excusa typis denuo cura, & expensis Lucæ nostri Alantsei bibliopolæ, in multorum manus auctiora paulò, atque emendatoria exirent: commodum adulescens quidam è Vienna profectus, Ioannis Camertis in Iulium Solinum enarrationes attulit, plenas doctrinæ, & diligentie, ac omnibus modis tales, quales olim futuras in editis ante scholijs nostris præsagiebamus. Nam acre ingenium hominis, studium indefessum, & multiuariam lectionem, ab his ferè annis, quibus illo per adolescentiam preceptorum sum usus, non ignorabam. Has cum propere, & in transitu reuoluissim, animaduerti Camer-

*Vadiani syn-
scriptas*

tem, secunda editione non expectata, non paucis in locis, hisq; maxime de quibus minime suspicabar, non admodum cœnire mecum, porrò & temeritatis nota haud ita merentem taxare. Quod sane suorum cum nostris collatione fa-

cta, non difficile deprehendet quisquis legerit: etiam si à me nominatum indicando pro confessa fortassis amicitia no-
stra paßim abstinuit. Id ego primum apprime miratus, cum alijs de causis, tum maxime, quod præter opinionē id in-
iisse consiliū Camertem deprehendissem, quo nec iustis, nec multum attinentibus causis, nostræ se diligentie oppone-
re uoluerit: dolere fateor coepi, neque Herale parum: uidebam enim ita me inuito accidisse, ut retinenda, aut certe
explicanda ueritatis studio, ab eo mihi uiro dissentendum foret, cum quo partim doctrinæ & humanitatis, partim
perspectæ amicitie nomine, nunquam antea non sensissem. Postremo complura animo uoluenti, & de Camertis uo-
luntate cogitant mihi optimum factu uisum est, ut quoniam ab officio nostro, & candore alienum non esset, singu-
la obiter loca ex nostris in Pomponium commentarijs, quibus mihi Camers offendit uidebatur, cum sua legerem, hoc
huc deprompta, ac scorsum spectanda, cum alijs eruditis, tum tibi cum primis aërrimi iudicij uiro proponerem, ne
quis post testatam utriusque monumentis mutuam benevolentiam nostram, aut emulationem quampiam iniquorem,

*Qua causa
Vadianus ad
respondeñā
motus*

quam amicitie ferret nomen, qualis mihi cum Camerte nec est, nec unquam fuit, aut aliud quidpiam non attinens, et
nostræ culpe tribuendum, qui illa legeret, suspicaretur: simul ut candido lectori quisquis ille foret, consiliū nostri
& sententiæ, qua pleraque omnia tradidissemus, rationem redderem. Fateor autem in genue tacere me potuisse, &
Camertis placita, que non ualde offendebant, eruditæ lectoris collationi, simul & iudicio bona spe committere, mo-
do aliquis mediocris literaturæ censor obstrepuisse. At uero ubi tanto uiro displicere mea semel cœpissent, nusquam
ab eo aut citata, quod sciam, aut recepta, nisi ubi acri ferula castiganda ueniebant: & ego ueritatis studio ductus, in-
stissimis mihi causis motus uiderer ad ea tradendum, que ille carpit, minime tacendum esse putaui. Ea de re bonam in-

partem accipiunt uelim, qui hec nostra sunt lecturi, simulq; persuadeant sibi, me merito culpandum fuisse, si ab opti-
ma causa, & attinentibus nixa rationibus cecidissem, & autoritatem ueritati prætulisset: maxime quod libere de-
cernendi optimis quibusq; & doctissimis uiris copiam faciam: idq; interim bona fide tester, pluris apud me esse(mo-
do ipse permiserit) Camertis amicitiam, & tot annis cum in clarissima Viennensi Academia profiteremur, sancte au-
stditam familiaritatem, quam ut ulla literaria uelitatione per me uiolatam, aut tractatam indecentius cuiquā uide-
ri uelim. Saltem hoc mihi, uel inuito in hanc iuuandæ ueritatis harenam tracto, detur ut uel Europæ testatum faciat,
me in his æstimandis, que Camerti stomachum mouerunt, non usque adeo protritis fortasse & uulgatis, nec alieno
adeo iudicio, nec perfricta, prostitutæ fronte fuisse. Quod ipsum si tu mihi ante alios doctissime Faber, qui non in-

*Doctissimos
quosque Va-
dianus appel-
lat, & Fa-
brum in pri-
mis.*

iuria Camertis eruditionem admirari, amplecti, & prædicare, uel me monitore soles, ex hac secundaria palilogia,
seu maius, declaratione nostra, non dabis, & pro doctissimo alioqui, & plurimæ lectionis homine Camerte nostro
pronunciaueris: ita me ad quamuis palinodiam attingam, ut non solum errata, que admiserim, ingenue sim agnitus
rus, ueruinetiam gratias acturus meliora indicantibus, quod me decepto, denuo ueritatem nauiter
iuuerint. Lege igitur o Faber decus literarum, confer, iudica, & posthabito fauore acribus
oculis nostra dispice: ita nanque paratus sum animo, ut uelim non tam alijs eruditis,
quam tibi, errorem indicanti submisse adere locum. Vale, & iudica. Ex
Imperiali ciuitate apud diuum Gallum, Idibus Aprilis.

Anno M. D. XXI.

IOACHIMI VADIANI LOCORVM ALIQVOT EX SVIS
IN MELAM COMMENT. EXPLANATIO.



Pud Pomponium lib. ij. in Italię descriptione, Iulij Solini, & C. Sempronij locum quę de vrbis horoscopo & Tarutij authoritate attulerunt, primus, quod sciam, omnium nec laceſſendi, deum testor, nec doctrinę venditandę nomine, a Collimitio m: o alia quando monitus, vt corruptum & erroneum annotauit. Nec v squam dixi ita aut Sempronium, aut Solinum ſenſiſſe, ſed in hanc ſententiam retuliffe. Camerti nobifcum in errore a me indicato, conuenit. Hoc male habet, quod ingens eiratum Solino & Sempronio aſſcripſerim: quaſi vero male audire Solinus non debeat, quod maniſte falsa ſuis infuſerit, quando non alio magis nomine Caius Plinius eruditorum iudicio incessit. Et quemadmodum luſcioſos eſſe depreendimus, qui ad ſaxum truncumue quamlibet magnū impingere ſolent: ita certe nec doctrinæ, nec diligentiæ, iudicio tribueris, ſi grandia quis errata p̄auaricando tranſmittat, maiori culpa, ſi pro veris, quę ſunt falsa, recipiat. Evidem quod in hæc verba ſcripsi: Error ingēs C. Sempronij & Iulij Solini. &c. credo ea mihi ratione liuiſſe, nullo nouo dictionis genere vſurpa to qua plerique omnes errorem Pliniij, aut locum Pliniij vocare haſtenus ſunt ſoliti: qui tamen, ſi Camertem auſcultamus, non Pliniij ſit, ſed eius potius ex quo in ſua iſtā eſt trāſtulit. Quanquam ſi ita ſenſit Tarutij motus authoritate Solinus, quis eum tranſiſſo errore hallucinatum eſt ne get? Si minus, quę impostura fuerit in historia tradenda authoritatē veritati p̄aferre, & cum Tarutio errare malle, quam cum Plinio bene ſentire? Sed aliorum, aīs, hoc negocium eſſe voluit, benene an male Tarutius. Probe teneo. Abſtinuit igitur a iudicando. Cæterū ita abſtinuſſe, velis nolis, fateberis, vt eius diſſimulatio erroris ſuſpitione non careat. Porro quid Tarutio tribuendū exiſtimariſſit Solinus, paulo acrioris iudicij lectorē, vel his ſuis verbis intelligere poſſe autūmo, cum inquit: Sicut L. Tarutius prodiſit Mathematicorum nobilissimus. Putamus Solinum hoc honore Tarutium dignari potuſſe, ſi hominiſ ſuthoritatē fide & veneratione dignam non exiſtimasset. utrum Tarutij horoscopum in medium afferre ceu insignē, qui falſum tñ eſſe & erroreū viſiſſet? Evidē C. Soliniū nunquā ita humanis exuam, vt nec labi, nec errare eū potuſſe mihi per ſuadeam. Quod ſi quis in Solino modeſtie tribuit parsuſſe Tarutio, ſi modo parsit, ac non credidit potius: belle fero, modo mihi diligentię plus q̄ diſſimulationi tribuēti moleſtus ne ſit. Arbitror autem veteri lectioni Tarutianę vitium librariorū culpa, vt ſepe fit, inditum, Planetas nec hiſ in ſignis quibus ille, nec eodem ordine cenſentium. Nam vt a L. Tarutio aſſertum credam, quod illi referunt, adduci nō poſſum, ratione ſemel in Commentarijs noſtriſ reddita: cum hic vel Solini teſtimonio mathematicus nobilissimus, & Chaldaicarū etiā literarū peritus, ſoliuſ doctrinę opinor noīe M. Varroni & M. Ciceroni familiaris eſſe meruerit. Nec eū a Cicerone, vt imperitū cœleſtiū, aut aſtrorū motuſ nesciū video ſideri: odiosum enim hoc foret, vel in Cicerone: reiſci video & con temni, vt nimium Astrologię tribuentem, quippe qui fata vrbis ex aſtrorum ſe poſitura tenere af firmariſ. Qua de re ſententiam meam hoc in loco non interpoſuerim. Id ſane conſtat, Astrologiā prognosticis audentem, & fata rerum ex occulta quadam aſtroium vi de promentem, non tam ab alijs, q̄ a M. Cicerone eo ipſo in loco, quem Camers citat, imprimis male audire. Cæterum cœleſtiū corporum motuumq; doctrina p̄aſtant̄ viros, qui adeo haſtenus riſerit reieceritue, ſcio ex veteribus neminem. Cœleſtes animi, quibus hæc cognoscere primum, Inq; domos ſuperas ſcan dere cura fuit. Porro qđ nō pauci de conditę vrbis origine diuersa tradidere, pleriq; etiam fabulo ſa, ad Tarutij locum intelligendum aſtimandum nihil facere arbitror: dummodo conſtet certis in ſignis fuſſe Errores eo ipſo die quo Roma coepit eſt condi, idq; Tarutiū ad amuſſim, vt aiunt, reſerre voluſſe: poſt accidiſſe, vt quę probe ille tradidiffet, librariorū corruperit oſcitantia, er ore graſſante, qui hoc modo & Solino & Sempronio imposuerit.

L. Tarutius
Ciceroni fa
miliaris.

Ouidius

Laus Her
malai.

2

Libro. ii. Melæ, vbi de mediterranei maris insulis ſpolias ſeptem a veteribus nominatas indi caui, ſolum Seruium nullo authore nouem feciſſe. Miratur Camers eſſe potuſſe, qui non animad verterint eundem authorem alibi ſeptem nominasse, & in hæc verba inſit: Quo in loco quidam, qui Seruij vix vmbra referunt, durius quam par eſt, laſeſe quaſi maiestatis eū accusant: miror plus ſimum eos non aduertiſſe alibi a Seruio ſcriptum eſſe has insulas non nouem, ſed ſeptem eſſe. &c. Ego me Hercules, qui tum Singrenio Chalcographo ſpectatissime fid ei viro teste, celerrime, ne of ſicinam moraret, conſcribebā, nō animaduertiſſe alibi a Seruio diētum, cuius tamen nullum in Ma ronis opera verbum extat, quod non legerim: de hoc tantum mihi loco, qui eſt Aeneid. i. reſerre li bebat. idq; non pro noſtra ſolum, ſed Hermolai quoq; Barbari censoris, minime credo liuiduli, ſen tētia, qui ſuper nono cap. tertij naturalis historię Pliniij, Illud, inquit, in transiſtu monuerim, omnes veteres insulas Aeolias ſeptem eſſe dicere vnū Seruium, nullo authore, nouem. &c. Atqui Hermolaum ita doctrinę Seruianę vmbra in omni disciplinatum genere retuliffe existimo, vt eumipſum vel Solino non dubitem anteponere: Nec ambigā in opibus naturę calamo reddēdis, in ſuccincto floriſoq; illo ſcribēdi genere, poſt Pliniij p̄aſertim recognitā historiā id p̄aſtare Hermolaum po tuſſe, nō multis mensibus, quod Solini nobis lucubrationes reliquerunt. Hermolao autē Philippus Beroaldus accedit, vir eximię doctrinę, & omnibus modis doctior, quam vt adeo falſe a Camerto morderi

S

IOACHIMI VADIANI LOCORVM ALIQVOT

Solini Sonus

morderi incessique potuerit: cuius in Seruanis illis annotationibus eadem sententia est. Quod si diuersum Seruius alibi sensit, estque sibi Camerte iudicante contrarius, nihil miror: cum sit huma num & proclive magnis viris in leuiculis quandoque rebus labi. Verum enim est illud Horatij: Atque opere in magno fas est obrepere somnum. Quale certe & hoc e Solini Somno est, quod Iolaum interim Iphicli, interim Aristae filium, tanquam sui oblitus, vt Hermolaus ait, fecit. quem locum equidem miror Camertem nostrum cum Hermolao acerrimi iudicij viro agnoscere, vt erroneum non maluisse, quam tot parergis, ne demum memoria destitutum Solinum crederemus, oblinere.

3 Apud Pomponium libr. tertio in Aethiopię descriptione, vbi de Lycaonibus scripsi, certū es se Plinianam lectionem lib. naturalis historię. viii. vbi de Lycaonibus, a Solino, vt sāpe alias, conturbatam esse. Hoc ipsum cum obseruasset Camers, indignatus, apud Solinū sic scripsit: Nec verum est a Solino Plinianam lectionem conturbatam esse, vt quidam existimant, cum haec fera tam in Aethiopia, quam in Indis reperiatur. &c. Evidem non ea gratia dixi conturbatam a Solino Plinijs lectionem, quod in Aethiopia Lycaonem censeat, cum in hoc cum Mela maxime conueniat: sed propterea quod Tharandum feram colore mutantem, sicut & Lycaon, in Aethiopia censuerit, & in Scythia hoc animal esse tradat cap. xxxij. lib. viii. Plinius. Dignū autem admiratione fuerit, quid adeo Solinum impulerit, vt a Plinio suo, cui totam fere operis sui fœturam debet, ita dissētire voluerit, vt non Lycaonem solum, quem in Indis spectari Plini. ait, verum etiam Tharandum, quem capi in Scythia non dubiū fuerit, eodem Plinio teste, ipse in Aethiopia querēdum existimat. At Camers, possibile est, inquit, vt in vtraque regione Tharandus proueniat. Ita ne? Possibile est, & in Alpibus nostris Crocū nasci. Evidem non quero quid possibile sit, sed quid de Tharando Plinius, quid rursus Solinus tradat, quod si authore a Solino alium Camers appellauerit, qui Aethiopię Tharandum donet, pedibus in eius sententiam vadam. Quāquam constat, id naturam in terrarum animantibus discriminem seruasse, vt quę in Scythia & septentrione insignia sint animalia, earius in Indicis Aethiopicisq; spectari: rursus innumera esse meridiani tractus animalia insignia, quę Scythia prorsus ignoret. Quod si quę vtrinque oberrant, authorum illa testimonijs indicantur. At Plinius Tharandi multis describens, in Scythia eum, non in Aethiopia locat.

Tharandus
Scybiae.

Agoracri/
tus sculpis.

Nemesis.

Diana.

Cur Solini
lapsus indi/
carit Vadia
nus.

4 Libro. ij. Melae, vbi de Rhamnunte fit mentio, dixi haud dubie hallucinatum, vt plerunq; soleat, Solinum videri, quod signum Phidię Diana nomine donarit, quod Pomponius tamen, & plerique omnes, Nemesis esse tradant: quanquam de authore non admodum conueniat. Pomponio Phidię, Plinio Agoracritum indicante, &c. Quam annotationem nostrā Camers cum obseruasset, indignatus. Hinc, inquit, Solinum, vt solet plerunque, hallucinatum dicunt. Quid si vtriusq; Deę signum Rhamnunte fuerit? a Phidia vnum, alterum vero a Diodoro, vel Agoracrito sculptore confitū. Quid si rursus eadem fuerit Nemesis & Diana? &c. Primum hanc clausulam, (vt plerunq; solet) ex Hermolao mutuatus sum, qui primo cap. v. libri Plinijs de Solino sic: Nam in Solino corrupte, vt pleraq; Rutulorum p̄io Autololum. &c. Quod quia modestius paulo quam ego dixerim, Hermolaus prodidit, sententię haud dubie meę reddenda ratio est. C. Plinius, cuius simiam Solinum esse propter addictissimum imitationis studium, magni viri tradunt, lib. xxxv. narrat Agoracritum sculptorem Athenis ab Alcumene condiscipulo suo (ambos Phidias erudit) inquis populi suffragijs victum, signum suū ea legē vendidisse, ne Athenis deinceps foret, & appellasse Nemesis. Id positum est, inquit Plinius, in Rhamnunte pago Atticę. &c. Apage dicat mihi quispiam, cur a Plinio suo, & veteribus, ipsoq; cū primis authore Agoracrito, qui nō sine causa opus suū preclarissimum, bona spe vindictę, quam a posteritate sperabat, Nemesis, non Dianam vocari voluit? cur inquam ab his diuersus Solinus Dianam, quam Nemesis vocare maluerit? Sed Camers: Quid si vtriusque Deę signum Rhamnunte fuerit? a Phidia vnum, alterum a Diodoro vel Agoracrito. &c. Doce id nobilium scriptorum testimonio, & recantabo quod haec tenus intendi. Interim ego grauium authorum testimonia leui conjecturarū aurę anteponā. Varro, Plinius, & Pomponius in celebratissimi simulacri nomine conueniunt, etiā si de authore dissentiant: quod euidentis tamen argumentum sit Nemesis dictam, non Dianam, quam aut Phidias aut Agoracritus fabrefecerit. Rursus inquis: Quid si eadē fuerit Nemesis & Diana? Demus, nihilo secius interim ex Agoracriti consilio palam fit, Diana vocari non potuisse, quando aliud in Nemesis, aliud in Diana voce intelligitur, & Agoracritus iniquo populi iudicio reiectus, vtricē deam, hoc est plane ipsam Nemesis delegerit. Quanquam, quod sciam, nusquā legi, idem harum dearum vñquā numen fuisse creditum: ne aut meę imperitię fauere videar, nil morabor, & herbam tradam, si quis mihi idem fuisse Nemesis & Diana numen ex classicis, & assiduis authoribus ostenderit: tantum abest, vt friuole quicquam a nobis pronunciatum esse videri velim. Nec aliud hercle, nisi fallor, Coelius in antiquarum lectionum opere, loco quem Camers citauit, indicat, quam a Lactantio creditum eandem Ledam esse & Nemesis, etiam si Ausonius eas disparauit: porro & alios fuisse, qui Adrastiam & Nemesis pro eodem numine accepint. De Diana interim nihil ille meminit. Qua de re ne pluribus candidi lectoris iudicium moreret, & vt in vniuersum seim de leuiculis huiusmodi Solinianis lapsibus finiam, atque indicem me sane nec industriā, nec nomen nostrum in his indicandis, tanquā in præclaro quodam, plenoq; doctrinę negocio literarum, venditare voluisse: profecto non aliam ob causam studiosæ literarum iuuentuti, cui tum maxime laborabam, loca eiusmodi subin dicare

EX SVIS IN MELAM COMMENT. EXPLANATIO.

dicare volui, quam ut sibi inculta alioqui caueret, rectius cum alijs, quam cum Solino sensura, in columni interim nihilosecius tanti viri autoritate: quando idem ante me Hermolaus Barbarus, alijq; non pauci fecissent. Quis vero tam impudens, quis tam iniquus esse velit, vt Solino propter unum & alterum erratum, doctrinę simul & iudicii ornamenta adimenda esse existimaret? & quae admodum Stoici sapientem effigiant, qui nūquam gentium reperitur: ita illi eum solum doctrinę nomine dignentur, qui nec vbi errarit, aut nunquam vel leuiter magno in opere connixerit: quando diuinum sit, non humanum, tale quid præstare. Iam vero notum est, quam facile lapsus humi-
Obiter anno
tantes facile
lubetur.
modi carptim atque obiter annotantibus irrepere soleant, quin & durare pletunque, si extrema li-
ma stringi opus non detur: quam certe occasionem denegatam sibi ipse Solinus liminari ad Auti-
um suum Epistola conqueritur: quem quidem, vt indignissimum fit, imperitiæ nota premi, ita sane
fatendum puto, multa inesse operi suo, quæ incurię suspitione non carent. Qualis & ille ante alios
insignis locus est, vbi Antiochum scribit Centaretij in prælio occisi equo oppressum: cum Plini-
us. viij. libro dicat Centaretio id contigisse, Antiochi equo insidenti. &c. sensu simul & lectione
omnibus modis inuersis & conturbatis. Præterea & ille, quod ternis non amplius me: sibus iuxta
Taprobanem nauigari Plinius confirmat, Solinus manifesto acceleratę scriptio[n]is argumento
quaternis mensibus id tempus finit. Eodem pertinet, quod Iassum Babylonię urbem esse credidit:
nec est (quod Camertis pace dictum velim) vt de hoc dubitemus, cum Hermolao ita moneat, tu
prope confessa erroris occasione ex ipsis Solini verbis apparente, vt interim vetustissimi exempla-
ris, cuius mihi ex Sanctogallensi Bibliotheca nuper copia facta est, spectatę fidei lectionem non
afferam. Etenim Plinius cum capite. viij. noni libri Babylonis meminisset, in qua Neptuni sacer-
dotio puerum a Delphino anatum, Alexāder magnus propitijs numinis indicium ratus, præfecit,
Iassi urbis ita meminit, vt quo in loco, quaque regione sita foret, inibi non meminerit: quę res quam
facile Solinum memoria fortasse lapsus, inducere potuerit, vt Babylonię esse Iassum crederet, can-
didus lector non difficile intelligit, Pliniana præfertim lectione ad Solini locum silum adhibita.
Quandoquidem nec accersiti ex Caria ab Alexandro pueri villa in Plinio mentio fit, referente id
tantum ex Athenæo Hermolao: nec sane aliquid obstat, quo minus Plinianum locum repente intu-
enti, haud ita procul a Babylone Iassus abesse videri queat. Addo quod & mare alicubi Babylonię
littus alluit. Sed nemo milii, ais, persuaserit, vt loci quo Iassus foret, tum haud meminisse Solinum
credam. Obsecro te, an non saepe istud magnis viris accidit? extra ingenij etiam aleam positis, vbi
imperitiā aut ignorantiam ne suspicari quidem, nisi magna impudentia possis. Lucanus in The-
Lucanus.
ssalia Dorion situm putauit, quod in Thessalia ex Homer & Statij authoritate Hermolaus docu-
it: & fuere qui Tomon illā Ouidij exilio memorabilem in Colchidis littore statuerint, quę in Thra-
cio sit. Facit hoc securitas quædam doctrinę, & exercitę fiducia lectionis: cuius persuasione, dū
maiora vrgemus, in opere præfertim Miscellaneo, vbi tot rerum, tot vocum meminisse oporteat,
leuiculi id genus lapsus non opinantibus obrepant, leui culpæ, siue incurię magis quam criminis
tribue id: quos certe sicut ingenuum est indicasse, ita nō sat is dextri mihi iudicij videtur, quod quis
diuinare malle, quam erratum leui culpa admissum fateri, de quo doctiores tamen iudicio adhibito
pronunciauerint. Evidem huius loci gratia, cuius a principio memini, haud villas Tragœdias mo-
uerim: cum videamus Amyclas silentio perditas, quę in Italia extitere, Solinum in Græcia que-
suisse. Nec vñquam in eum scopum collimauerim, vt veteris lectionis fidem subruendam contra
doctissimorum hominum existimationem contendere: quam adeo libenter vt iniolatam agno-
scit Hermolaus ille Barbarus, cum quo me Hercules in reliqua Solini incuria passim taxata, pro
Camertis alicubi sententia, errare tutius fuerit, quam cum eo inferioribus, qui ariolatricem conie-
cturam sectantes, quo certius hominem exuisse, hoc est, non errasse Solinum credamus, in omnia
sese vertunt, verum dicere.

Libro. ij. Pomponij, vbi de Danubio fit mentio, scripsi falsissime omnium de Danubij ortu tradi-
disse Herodotum, qui Pyrenæis eum iugis fontes habere creditit. mox subiunxi, in eadem senten-
tia Aristotelem fuisse, ex libro eius de Meteoris secundo apparere. Camers hoc modo de Aristote-
le sentire paulo dishonestius ratus, cum multis præfatus esset suis alicubi in Solinum enarrationis
bus, tandem sic ait: Sæpe enim nobiles authores reperies alibi ex propria, alibi ex aliorum senten-
tia locutos. &c. & paulo infra: Id, inquit, multo honestius quam Aristotelem hisce in rebus igno-
rantie arguere. &c. Primum constat falsum retulisse cum Herodotum, tum Aristotelem. Hic vero
sua ne, an aliorū sententia ita tradiderit, alij doceant: ego vt diuinare nolim, ita sane pronuntiare nō
ausim: cum quod authorem, quem secutus sit, nō indicat: tum maxime quod alibi, qđ eisdem lege-
rim, fontium Danubij & originis eius ne meminit quidem, ne dum vt diuersum, & tanquam ex sua
sententia profectum tradidisse eum deprehendere potuerim. Absit autem, vt propter Danubij fo-
tes ignoratos, ignorantie suspitione Aristotelem principem philosophum premete velim. Careo
enim Sophistica scueritate: nec adeo infero consequens esse, vt si quædam Aristoteles ignorauer-
at, ignorantie eum statim accusari posse. Nemo vñus omnia nouit. Et sunt hodie qui fuisse indis-
cent, quę Aristotelem latuerint, nec Deum eum, sed hominem fuisse fateantur: diuino tamen in-
genio. C. Plinius decimo sexto capite octauo de naturæ historia, quinquaginta ferme nobiles
Aristoteles
non omnia
nouit.

IO ACHIMI VADIANI LOCORVM ALIQVOT

Aristotelis de animalibus libros in arctum collegisse testatus , demum nonnulla addidisse se inquit, quæ ille ignorauerat. Ea de re, vt vesano iudicio eos esse automo, qui Aristotelem alicubi nō lapsum esse existimant, ita homines mihi videntur , qui nihil humani alienum ab Aristotele fuisse putant. Sed hac de re meminisse non est huius instituti. Vtrum autem impudentię fuerit sentire, vt ego candide in huius loci annotatione sensi, an dicere falsum non esse quod Herodotus , quodque Aristoteles de Istri fontibus prodiderunt , ita credo manifestum esse, vt nō poenituerit in hanc me peccasse partem , si modo peccat , aut in honestius agit , qui locum in Aristotele manifeste falsum , sincere commonstrat. Plinius certe iusta admiratione dicitur , quod Herodoto credamus Padum nescienti: quum Thurijs tamen Italię oppido dibus terrarum gentiumque suam Historiam scriberet. Vt hæc quidem fontium Danubij ignorantia non possit quidem illi Historiæ parenti non condonari , præteriri autem quo minus annotaretur, non debuerit . Quod ad Aristotelem attinet, mirari satis non possum in hac Camertem sententia esse, vt Herodoti authoritatē cedere maluisse putet, quam ex animi sententia veritati patrocinari: quando huiusmodi dissimulationem in his etiam qui tepidius sapiunt, nemo sani iudicij æquo animo tulerit : nam falsum erro neumque sequi nemo solet alius, quam qui veri specie decipitur. Ingenti nimirum illa & de testabili animi libidine, si quis de industria, tanquam vera falsaque iuxta aestimet , in seria rerum historia nugas argumentis prævaricari pergit: Vero similia vero, & suis debita seculis si quis imitetur, citra ignominiam id fecerit. Quod igitur piaculum sit, si dicam in Danubij historia non aliud edictum Aristotelem experientię penuria , cum suę aetatis scriptoribus sentire maluisse , quam ridicule diuinare ? Nam ex suorum temporum consensu , Electridas insulas in sinu Adriatico iacere putauit, quę plane Plinio teste, eo in sinu nunquam fuerint. Praeterea rem, vt erat, tradidisse Herodotus, & Istri fontes plane acu (velut aiunt) attigisse videbatur. Neque is erat Aristoteles, qui omnia coram videre atque experiri potuerit: qui, si Plinio credimus, bonam historię partem aliorum experientia edocitus, literis demandauit . In cætera vero naturę quærenda veritate , quo ingenio, quantaque seueritate in veteres illos naturę magistros fuerit , nouisse credo qui eius monumenta doctrinarum , vel a lumine salutarunt. Nusquam triumphat , ac ne ouat quidem , nisi hoste ex animi sententia profigato: porro omnes vetustę Græcorum sapientię, vt sic dicam , forulos excutit, nihil intactum relinquens, ac nominatim etiam in harenam quosuis deducens, exerta iugula re manu ausus, quos ipse damnarit. Platonem præterea ob grauissimam illam suam de Idæis disputationem tantum non ridere libuit. Et Herodoti authoritatem veritati prætulisse Aristotelem putamus? Id dixerim, non parum mihi probato alioqui & recepto Aristotelis instituto absisse videri, qui contra veterem posteritatis prærogatiuam , ab antiquorum traditis , ceu oraculis quibusdam nos hærere debere existimant: nephas esse ducentes, si quis in dubium vocare audeat iuuandę gratia veritatis, quod illi quondam tradidissent . Quod ipsum si maioribus placuisset , ne Aristotelis quidem, quod suspicor, extaret nomen.

- 6 Apud Pomponium libro tertio, vbi de Scythia & Hyperboreis facta mentio est , commodum locos duos C. Plinij ex duodecimo capite libri eius de historia naturę quarti annotauit: in quorum priore credo mihi cum Camerte conuenire, nihil enim eius attigit , nec sane iniuria: cum contra constantem Plinianorum codicum lectionem receptissimi authoris existimationem ab errore tantum non Pædagogij s noto vindicare conatus fuerim, idque non admodum inepte , etiam si eruditissimi scriptores a me non nihil, quod infra docebimus , dissentiant . De altero tantum loco , cui euidentiorem erroris næuum subesse dixi, haud ita Camerti nobiscum conuenit: nō quod male indicasse videri debeam, & de eius confessa faisitate adeo in dubium venire possit , sed ea causa magis, quod cum Plinio sic Vadianus agat , vt eum ita tradidisse ex sua magis quam aliorum sententia credit , eoque modo non admodum candide aliorum errata Plinio opprobret. Primum gaude re me fateor , quod de hoc loco paulo curiosius a Camerte nostro annotato , tandem mihi extra Commentarium meum (quam male suppetente ocio) ex animi sententia referendi occasio data est. Tunc enim cum commentarer, non vacabat : & verebar etiam , ne toties alioqui inculcata paterga nostra longiora frequentioraque Gæographię studiosis molestiam parerent. Igitur vt Camerti expostulanti respondeamus. Non existimo in nostris Commentarijs ita deprehēdi, ut a Plinio Solinoue ita creditum dixerim , sed tantum in hanc sententiam vtrūque tradidisse. Quanquā quis non videt, suspicari me minime temere potuisse, ita vtrunque sensisse etiam, cum neuter aliubi diuersum prodiderit. Sed aliorum, ais, non suam sententiam vt ostenderet, continuo subdit: Ibi creduntur esse cardines mundi. &c. Ego creduntur expono, hoc est, consentanea veterum traditione existimantur, quo modo Plinij verba doctissimos accipere video. Et Solinus: Sunt (inquit) igitur in Europa, apud quos mundi cardines esse credunt, id est, nisi fallor, existimat, & pro vero afferūt. Porro creduntur Plinius dixit, nō, putantur: in hoc autem verbo suspicio non receptę sententię inesse potuisse. Sicut paulo infra Solinus , Sunt, inquit, qui putant non quo cotidie ibi solem. &c. quod non inepte huic Pliniano quadrat , quod dicit: Non vt imperiti. Illis igitur verbis Plinium existimo non diuersum ab illorū sententia sensisse, sed magis certa quę proderet, non habuisse, vt nō iniuria cum his interim sensisse videri queat . Iam quod ait: Gens felix si credimus, &c. & mox: Fabulosis

EX SVIS IN MELAM COMMENT. EXPLANATIO.

Fabulosis celebrata miraculis, &c. ad felicem cœli temperiem gentis præsertim in extimam Scythiam remotæ, tum & ad mores illamq; longæuitatem credo retulit: idq; adeo quod ait: Nec libet dubitare de gente ea, cum tot authores prodant, & sub cardine mundi fitos esse ex sua sententia tradidit, quod infra mox docebimus. Porro quod prima illos Asiæ parte statuisse quosdam scribit, ac rursum alibi alios, haud dubie testatur, de situ horum, quod ad longitudinem (ita Cosmographi vocant) attinebat, fuisse a veteribus dubitatum: de latitudine autem quando magno consensu sub cardine esse crederentur, consentanea tradita. Quod si quis ita manult, ut aliud sensisse Plinus, aliud tradidisse credamus: quis non videat quam dispendioso non posteritati solum, sed etiam authoritati suæ silentio veritatem obruendam existimarit? & commisso hoc Plinium putamus: qui Græcis toties, ac nescio an decore semper, levitatem, illamque nugandi libidinem obijcit? Sed licet, aīs, ex aliorum pleraque sententia tradere, non interim quæ tua sint, & quid ipse sentias referre; licet vtique, verum tunc maxime quando veriora certioraque quæ prodamus, non habemus: quod obseruasse Academiam legimus. Id autem Plinius hoc ipso loco, quem versamus, ita egerit nec ne, mox viderimus: non ea quidem gratia, ut aut nostra defendamus, in quibus confessum apud Plinium errorem cum Camerte agnoscimus, aut illam recepti erroris notam Plinio in Commentarijs nostris usquam inuisserimus: sed hac potissimum causa, ut intelligatur quam se cure hunc locum legant, qui aliorum magis quam ex sua sententia de Hyperboreis Plinium tradidisse autu-
Hermolaus
mant. Iam Hermolaus Barbarus rāræ doctrinæ, & acerrimi iudicij homo, suis in Pomponium ca-
stigationibus, cum ad locum illum de mundi cardinalibus esset ventum, iudicio suo fateor non inter-
posito (aliena enim tunc castigare magis, quam sua prodere voluit) Plinius, inquit, contra sentit libro quarto. Nosce Faber optime, quantum ab Hermolai sententia absuissem, si meis in Pomponi
um Commentarijs ita Plinium sentire magis, quam in hanc sententiam habere dixisset. Proinde
Hermolaum a Camerte in harenam trahi video, non me: hic enim ita sentire Plinium ait: ego tan-
tum in hāc sententiam habere aiebam. Porro non Hermolaum tantum, sed & Gulielmum Budæ-
um trahi, inæstimabilis doctrinæ virum, plurimæque lectionis, & verendi iudicij, obque utriusque
linguæ ornamenta non suę tantum Galliæ (ita sentio) sed totius etiam Europæ decus, qui libro de
Asie & partibus primo hunc locum in primis scitæ & eleganter indicans, hallucinatum esse Plini-
um videri sibi ait, quod semestre illud lucis & tenebrarum spatium a solstitio ad brumam, non ab
æquinoctiū die ad alterum æquinoctium fieri contenterit. Sed verba eius huc attinentia citare li-
bet, quæ in hunc ferme modum habent: Ut igitur illa omittam, quæ culpæ magis quam criminis da-
ti possunt, neminem esse arbitror eorum qui Plinius studiosi sunt, qui Plinio patrocinari in eo velit,
quod lib. iiiij. de Hyperboreis dixit. &c. Idem author, tanto scriptori nihil nō datus, alibi, Enima-
uero, inquit, in supradictis lapsu esse Plinium per rerum mathematicarum ignorantiam, ut per-
suadere mihi nolim, sic neque aī si velim. &c. Ac rursus alibi, Quanquā, aī t, in nonnullis alijs quo-
que locis, vel amanuensium culpa, vel propria hallucinatione (ut fit in varia ac multiplici lec-
tione) lapsus est: tametsi id fidem excedere videtur, vitum usque adeo & ingenio acrem, & industria
accuratum, apertis interdum rebus lapsum, ac ne id quidem modo, sed eidem etiam antedicto-
rum obliuionem obrepisse: præsertim cum ad principes scriberet, & obseruari præterea se acribus
obtrectatorum oculis, captarique non nesciret: id quod facile intelligimus ex librorum præfationi-
bus, interdum amarulentis. Hucusque Budæus, a quo nemo credo dissentiet, nisi cui persuasum es-
se potest, opus adeo varium & luculentum, e veterum traditionibus sine discriminé, nec adhibito iu-
dicio, ut quæque forte se obtulerint, Plinium conscribere voluisse. Quod ipsum tantum abest ut
admittam in vitro præsertim lectionis tantæ, ut quamlibet insignibus erratis ostēsis, magno in ope-
re Plinium aliquando dormisse si quis dicat, perpeti malim, quam in illam sententiam inclinare.
Connuere enim multo saepius ac falli proprium est hominis. Nunquam autem adeo in veterū me-
moriam iniquus atque iniurius fuerit, ut quæ probe & erudite dicta scripta q; sunt, ea statim Plinio
perinde atque authori relinquam: quibus autem erroris culpam eximere nequeas, ea veteribus ut
obtrudam, non Plinio, tanquam raro illi bene senserint, & Plinius sua prope omnia delectu iudicio-
que habito e veterū monimentis non transtulerit. Porro ut inique illi triumphus decernitur, qui in
aciē non stetit, non pugnauit, ac ne hostis quidem minacem vultum sustinere potuit, ita odiosa ni-
mirum tergiuersatione, ab hac ex postulationis alea subductus Plinitius, in solo, eoq; vnde incolu-
mi doctrinæ nomine triumphauerit: cum ipse Plinius epistola liminari ad Vespasianum fateatur,
utilitatem inuandi prætulisse se gratiæ placendi, Liuianam ambitionem acriter stringens, quod is
alicubi gloriæ se quæsitæ studio & scribendi oblectatione in opere suo absoluendo perseverasse fas-
sus esset. Quid autem candidius, quid ingenuæ magis dici potuit, quam quod ipse in hæc verba di-
xit: Nec dubitamus multa esse quæ nos præterierint, homines enim sumus? &c. Ut parū Plinius ma-
nibus gratificari videantur, qui adeo hominem eum fuisse, hoc errare potuisse dissimulat. Præterea
vbi in tertij libri præfatione in hæc verba tradidit: Authorem neminem unum sequar, sed ut quæq;
verissimum in hac parte arbitrabor. &c. putasne Pliniū ita in insigni scriptorum delectuferiatum
fuisse, ut iudicium nusquam adhibuerit? Cur igitur non potius fatear, in paucis lapsu esse Pliniū,
in pluribus ac fere omnibus doctissime tradidisse? Evidē, ut dixi, malim in hanc peccare partē, ut
C. Pliniū nōnulla præteriisse dicere, q; in has salebras impigere, ut ingenii acrimonia posthabita, a-

IOACHIMI VADIANI LOCORVM ALIQ VOT

qua tamen Plinium commendari a doctissimis video, a lectione tantum perpetua, ab artifice ordine, a conscribendi labore, quo tamen linguam latinam haud parum iuuerit. Plinius conatum commēdabilem dicere, cætera captus & industrie gloria priuare viderer: præsertim quod multis in locis diligere eum quod affirmet & sequatur, rursum coarguere, & præfidente libertate taxare, prætereat non raro in alterutram sententiam pedibus ire constat. His accedit quod quædam apud se nata in medium afferit, nominatum admonens veteribus ea ceu accepta non referenda: velut de cimo sexto capite secundi libri, in fine, vbi de errantium syderum absidibus locutus: hæc est, inquit, su periorum stellarum ratio difficilior reliquarum, & a nullo ante nos reddita. &c. Hoc veluti Par ergon me attulisse fit satis, ne quis me solum Plinio obij cere existimet, quod candide obijacio: si quando ita in meis sors tulerit, vt Plinius errata dicam, ac non potius in Plinio quæ legantur, errata indicem. Hoc mirari me iure posse candidus fortasse lector non inficiabitur, quod cum alia literatorū cohors frequētissime hæc verba in ore, inq; calamo habeat, Plinius locus explicatus, Plinius a calumnia defensus. Doctissime sentit Plinius, Vbi Plinius bene, ibi nemo melius, Plinius hoc ignorauit, Illud Plinium p̄terijt. Item, Aliud erratum Plinij. Miror cur illud Plinius non animaduertitur. Porro & hæc amarulenta: Vtinā tam Græce quam latine calluisset Plinius. Pleraq; græca vocabula quid significarēt Plinius ignorauit. Ita quidē sentit Plinius sed male. Id genus sexēta leguntur, æquo animo doctorum iudicio haec tenus admissa. In solo Vadiano religio sit, idq; cense Camerte, dicere ex sua sentētia Plinium dixisse videri, aut locos manifestissime falsos in Plinio indicare: siue horum saltem meminisse, quæ iſtūlīmis de causis in quæstionem venire quirent. Diuinare mihi non licet: ac ne si liceret quidem, hoc in loco vellem. Fateor interim ne scire me unde illud odium mei proficiscatur. In me culpat Camers quod in alijs permittit irreprehēsum: cūq; modestius alijs egerim, fit tamen vt culpæ in me nomen habeat, quod magnæ in alijs gloriæ tribuitur. Præceptor fuit olim Camers, fauere discipulo nihil committenti debebat, in errore præsertim quem indico adeo manifesto confessoque: maxime vero quod antea sic Plinium aut Solinum crede re non dixisse, etiam si iam dicam argumentis paulo infra reddendis. Amicus est Camers? Amicitiae fuisset monere saltem, & quo in Plinium ariimo forem, coram vt potuisset, aut literis expiſcari. Quod si illud molestum est, quod homo sum Germanus ex Heluetijs: aut si imperitorē me putat, quam vt cum veteribus agere mihi ex officio non licuerit, rem ipsam, non hominem æstimare oportebat: quando non ei ſolum, de cuius tamen iudicij æquitate nihil mihi nō pollicebat, sed optimis & doctissimis quibusq; intra extraq; Italianam viris, de Scholijs nostris ante æditis nimirū copiam fecerim iudicandi; hac tantum adiecta conditione, si iuuentuti me, nec sane omni, sed paulo studiori, hoc est Germanicę laborasse, idq; tumultuaria lucubratione meminissent. Et eram culpam fassurus, ſicubi illi mihi citra calumniam erratum indicassent, suisq; confodiffent rationibus: quod ipsum quoniam suis in enariationibus non feciffe mihi videbatur ea modestia respondere volui, vt nihil mihi tribuerem, ſed plane optimi & doctissimi cuiusque literarum, & Cosmographiæ profesoris iudicio relinquem, æque ne an inique nostra ille incesserit. Sed annosi fortassis æui prærogatiuam ſecutus Camers, eam vetus iati Asyliam statuit, ex qua non modo iure vi venon trahi veteres illi Scriptores, ſed ne indicari quidem ſicubi peccauiffent, aut publici commodi gratia leuiter reprehendi debeat. Id ſi ita eſt, vt certe de quo uis alio citius mihi quam de Camerte persuaderim, vito omnibus modis eruditio, non alia quam Budæi longe veriſſima plenaque candoris ſententia diluere libet. Huius de veterum authoritate doctissime diſſerentis, lib. de Afſe & part. primo, hæc feret lōgiſcula quidem, ſed mire tamen ad rem attinentia verba ſunt: Ego, quod ad me attinet, non uſque adeo ſacrosanctā Plinius authoritatē, ac ne cuiusquam antiquorum debere eſſe ceneſo, vt nō prætentissimum veritatis numen fuiffe ſemper apud æquos bonosq; iudices meminerimus: cuius ut ſacerdotes multi olim fuerunt, ſic Plinius ipſe antistes mihi fuiffe videtur. Non enim tantū majoribus ipſe tribuiffe videtur, vt corum quoque in parte culpam obruendam ſilentio censuerit poſte ritati diſpendioso, nedum vt cuiusq; errata quo iure, qua ve iniuria tueri iſtituerit. In quo mihi, inquit, noſtra memorie homines doctissimi absurdula quadam religione obſtrinxiffe æqualium ſuorum, & posterorum iudicia videntur, qui quidem eorum exemplo antiquitatis nomen nudum venterandum eſſe numinis instar putant. Ego antiquos quoque illos homines fuiffe vt nos puto, & aliqua etiam ſcripſiſſe, quæ parum intelligerent. Nec ita annosi æui prærogatiuam ſequor, vt non in opus hoc Plinianum eximium omnino, & rerum prope omnium vt digiſtione conſertum, ſic varietate diſtinctum, errores quoſdam irreptiſſe affirmare præfidenter auſim: quos nemo: quantumuis acer, modo non impudens ſit, defendendos recipere velit. Haſtenus Budæus, qui cādide, vt ſolet, hominem fuiffe Plinium agnoscit: huius nomen tamen nunquam ita ſuperſtitioſe amplexurus, vt oracula eſſe putare velit, quæ ille ex ſua etiam ſententia posteris tradidiffet. Sed vt euagatus longiuscule, me tandem cohibeam, adq; ea reuertar, quæ ad institutū attinent: noſtra interfuerit Plinius verba ex. xiij. capite quarti libri huic adducere, vt liquido conſtet, ſua ne an, quod Camers mihi obtendit, aliorum ſententia ita prodiderit. Plinius verba hæc ſunt: Ibi creduntur eſſe cardines mundi, extremitq; ſyderum ambitus, ſemestri luce, & vna die ſolis auerſi, nō (vt imperiti dixere) ab equi noctio verno in Autumnum. Semel in anno ſolſtitio oriuntur his ſoles, brumaq; ſemel occidunt. &c. Sic habet lectio frequens, agnoscente eam Hermolao. Cæterum te compello doctissime Faber, an non pro

Multa de ſuo
Plinjus eadidit

Camers Va-
diano p̄ſ/
moſtus.

Vadiani mo/
destia.

Budæus

Plinius exch/
fus.

EX SVIS IN MELAM COMMENT. EXPLANATIO.

Plinius Melam legit.

Vadianus
Pliniū iuu
re conatus.

Ioannes Ma
rinus.

Alius Pliniū
locus.

Locus Pliniū

non pro sua sententia ita tradidisse Plinius videri debeat: qui iudicio interposito, & diuersis sententijs collatis, non vt imperiti dixere, ait, tanquam peritus ipse tradat, quem indubium fuerit legisse cum alios diuersum sentientes, tum ipsum Pomponiū: cuius autoritatem ita alioqui veneratus est, vt totos eius versus in sua transtulerit: maluisse autem in hanc sententiam pronuntiare, q̄ cum Pomponio, & ipsa veritate sentire, magna nimurum in curia, si modo hæc nubes Plinium commentantem, ac non potius amanuenses obruit, quanquam hæc verba, non vt imperiti dixere, Plinij esse plane videantur. Demus autem, vt iam citatum locum ex alio quoq̄ scriptore transsumperit: quo tandem lenocinio aut iudicij, aut doctrinæ, illam oscitantiam vesties? quod Melæ sententiam adeo conscientiam veri, vt sphæricæ rationis rudimenta edocti negare nullo modo possint, auersari voluerit, iudiciumque paulo acrius sine vlla animi intentione aut labore promendum, adeo insigniter sese ingerenti veritati non adhibere, qui toties antea adhibuisset. Hæc autem verba, non vt imperiti dixere, doctissimi literarum professores ita Plinio tribuunt (ne meum hoc glossema Camers esse putet) vt non dubitent diuersam sententiam ab eo reprehēsam, & Pomponium inter illos taxatum, qui Plinio censente, Sphæricæ rationis ignari fuerint. Mihi autem, quo minus a Camerte acribus oculis captarer, non profuit, quod Plinio patrocinaturus aliam lectionem non admodum alienam indicaui: talem tamen fateor, vt ad priorem collata, torta coactaque videri queat, & a genuino sensu defle ctere. Qua de re non sim magnopere cestitus, si quis ita estimet, quod indicare tantum veritatis iuuandæ occasione, non etiam confirmare aut asserere voluerim. Mouit me, fateor, vt ita proderem, codex impressus Plinij, a Ioanne Mario Norlingano, cōtubernali olim nostro, doctissimo viro, a quodam, qui bonis in literis in Italia prouosset, emptus: in cuius margine viri, existimo, non indocti manus, vt non imperiti, pro eo quod legitur, non vt imperiti, verbis in contextu expunctis emendauerat. Quæ lectio arridebat, cum quod tanti viri doctrinæ cōsentanea, tum etiam quod a Mela Pomponio, quem diligenter a Plinio obseruatum multis argumentis constat, transsumpta videbatur: postremo quod lectio nihil minus terfa & integra videretur, modo solitij & Brumæ vocabula non rigide, aut proprie nimis interpretarem, eo maxime modo quo indicaui. Quo minus autem hac letis testimonijs conjectura fidam diuersa facit eruditorum sententia, a qua dissensisse vt impudens fortasse fuerit, ita non adeo reprehensum iri mesperabam, quod hanc monendi occasionem in errato, præsertim adeo insigni non præterierim. Eodem vero loco de Hyperboreis tradens Plinius in hæc verba infit: Alij medis os fecere eos inter vtrung; solem Antipodium occasum, ex orientemq; nostrum: quod fieri nullo modo potest constare, tam vasto mari interueniente. &c. Cui loco næuum inesse dixi, nec sententiam mutauit: cum id non solum rationibus suaderi, sed demonstrari etiam sphæricorum instrumentorum fide queat. At aliorum hæc sententia fuit, non sua. Ita ne? Demus igitur. Atqui si damus, nihil minus fatearis necesse est, ex sua, non aliorum tantum sententia, quod veteres illi recte affirmassent Plinium reprehendisse, quando dicit, quod fieri nullo modo potest constare. &c. rem veram, aut vero certe similem, falsa nec attinente ratione confutantem. Ut mirari satis non possum, quidnā Plinio hæc scribenti in mentem venerit, vt non a Mela solum verissime tradente, sed ab illis etiam vertutioribus, qui inter Antipodium occasum, & nostrum ex orientem Hyperboreos statuerunt, ex dia metro (quod aiunt) dissentire voluerit: & constet tamen Antipodium, vt cunque statuantur, modo Antipodes sint, vnum eundemque finitorem esse, non diuersos, quod Plinio placuit, tantum mare interuenire arbitrato. Præterea demonstrari posse Antipodes esse, ad quortum horizonte freques longe lateq; mortalium habitatio existat: quod tamen nullo modo fieri posse Plinius ait. Quem profecto vellem pari cum Camerte voto ex aliorum magis, quam sua sententia tradidisse: ne quis antiquitatis præco deprehendere in loco posset, quo iure (sic Budæus ait) quaque iniuria priores se aut tueri, aut incessere voluerit. Ex his hactenus per me allatis in mediū candidus puto lector, tuque ante alios doctissime Faber non difficile accipietis, quam belle Pomponium exponenti mihi scopum attingere licuisset, si modo eo collimassem, vt ex sua magis his de rebus, quam aliorum sententia Plinium tradidisse senserim, quod ipsum tamen, etiam si obtrudit Camers, nō feci: miratas tantum, quod multis in locis, in quibus æstimandis exactius iudicium adhibete potuisset, auctorum se fide tutari maluerit. Iam tertius locus eodem in capite, in Commentarijs meis silentio obrutus, huc afferendus est: hac solum causa, ne que præcedunt, quæve sequuntur verba apud Plinij parum attente legisse me quis suspicetur. Plinij verba inibi hæc sunt: Qui alibi quam in semestri luce constituere eos, serere matutinis, meridie metere, occidente sole foetus arborum decerpere, noctibus in specus condi tradiderunt. &c. Demus vt ita tradiderint aliqui, quemadmodum Plinius indicat: id tamen obiter monendū, nullis magis hanc operæ partitionē conuenire, quam illis qui semestrem lucem una die habent, temporis ratione per omnia quadrante. Nam cum sex plus minus mensibus noctem & hyemem habeant, Sole demum in Arietem regresso, primum ipsis Sol oritur, & ad felicem cœli temperiem verni temporis accedere teor incipit. Matutino igitur semestris diei ortu Arietem & Taurum dabimus, meridiei Geminos & Cárum, vesperi & occasui Leonem & Virginem, ita fiet, vt quod nobis sex mensium mora perficitur, id ipsis pari temporis, sed uno tantum diurnæ lucis spacio contingat. Verno tempore serimus nos & plantamus, Arietem & Taurum Sole permeante: In æstate, hoc est in Geminis & Cancro meante Sole, metimus,

IOACHIMI VADIANI LOCORVM ALIQ VOT

illos interim Sole altissime ambiente. In Leone & Virgine illi Autumnum habent, nos tardius quidem, quippe quibus nulla nox in Libra obtingat. fœtus tamen arborum, Leonem & Virginem Sole tenente communis cum illis labore decerpimus, vinas legimus, vinum cōdimus, tempore pio regio num situ paulum variante. Habent igitur illi in ortu Solis Ver, in meridie æstatem, in occasu Autumnum, reliquis sex mensibus signisq; noctem; ita tamen ut in aliquot Libri partibus diem habeant, sicut & in ultimis Piscium gradibus. Sole etiam sub horizontem merso: quo modo nos ante Solis ortum, & post eius occasum, liquidum diem habemus. Ita verisimile foret, ut Sole in Piscibus ad horizonem approximante, necdum orto, illi se ad vernam operam accingerent: finito vero autumno suo, Sole iam occaso, fruges nondum defecta in vniuersum die, intra specus cōderent: quam operam in noctes idētidem referre possent. Quę fabulosa videri sibi paulo ante Plinius magno eruditorum consensu indicat: Horum ratio a nobis perinde reddita atque Aristoteles de vacuo in Physico auscultatu, deque infinito differit: cum vacuum nūquam sit, nec vsquam infinitū habeat locū. Quanquam (quod pro Aristotele dixerim) magnę doctrinę est, vel de his apte querere, quę aut nō sunt, aut esse non possunt: ut aut non esse intelligamus, aut discamus qualia aut quo itidē modo ferent, si ita caderet, ut alicubi gentium extarent. Postremo Camers noster (cur etum non nostrum dicam, quo cum plus decem annis in clarissima Viennensi Academia adeo amice, familiariterq; atque inoffense vixi) Albertum mihi Germanum obiicit, clauum puto trusurus clavu: eoque ipso indignatus, quod paulo acerbius quam deceret, Solium a me tractatum esse iudicasset. Ego Solium exculari posse docui, non alio magis quam imitationis prætextu: quam tamen postergata candidi officiū ratione ita usurpauit, ut non potuerit vel ab Hermolao ingratitudinis non accusari. Plinio fere ad verbum transcrip̄to, & suppressa authoris, a quo foeneratus esset, mentioe, quod ipsum an in columni candoris nomine licuerit, ex liminari epistola doctoris sui intelligere debuit: quanquam ne hoc quidem uspiam, quod sciam, in Commentarijs meis opprobraui. Porro quod Simiam vocati, doctissimorum exemplo feci, toties illis Plinianam Simiam Solinū nominantibus. Si vero acerbius a me dictum existimas, susq; de q; tulero, dum videam leuius crimen esse imitationis accusari quam ingratitudinis, quandoquidem non raro seruile hoc, illud etiam ingenuū fuerit. Quod ad Albertum attinet, fateor me grauissimum authorem magno æstimare: idq; non Germaniae solum exemplo, sed & Italię. Nemo tamen adeo stupiduni esse me sibi persuadeat, ut in manifestis erratis veniam ei tot iustum nominibus non precari malim, quam culpam deprecari. Germanus fuit non aliud crede manes sui (si modo is affectus manes habet) orant, iubent, efflagitat, quam vt Germanice, hoc est candide de suis æstimemus. Homo fuit, labi potuit. Nec alio consilio lucubrasle eū putamus, quam vt gratia apud posteros adiutæ, aut saltē indicatæ veritatis studio inita, tum de summa digna Cedro locutus videri debeat, si ea tradiderit quae aut recepta veterū authoritas, aut ratio eidens verisimilis tueri possit. De voculis corruptis toties, & in hoc authore depravatis nihil dico: tantumq; abest, ut harum vel acrem annotationem Camerti inuidreamus, ut summopere etiam sim posteritati congratulaturus, si quando sua opera, grandiora scriptorum errata iustis confutata rationibus, in manibus habitura sit: cum id ipsum & nos longe impares, in Pomponianis Commentarijs citra calumniam passim præstiterimus. Porro vbi ita ausum esse Albertum constiterit, ut aut temere & fidentius carpserit, quę carpi non debebant, aut falsa esse contenderit, quę vera sunt, quantumlibet receptę authoritati magis, quam aut rationi, aut demonstrationi acquiescentem, siue pertinaci fastu, obturatis ad quaslibet persuasiones auribus, persistentem, ita me in aciem vlciscendæ frontis accingam, ut nemini magis hosti quam Alberto, Germano etiam bellum indiscetus sim. Tantum abest, ut me aut meorum favore, aut exterorum odio veritatis, neglecta occasione, prævaricari voluisse suspicari quisquam debeat.

7 Apud Pomponium libro primo vbi de minori, hoc est ea quę proprie Africa dicitur, mentio fit, dixi Pliniū nescio quomodo connixisse, quod Africam quarto capite quinti libri a Tusca fluui orsus cum esset, mox tanquam priorum oblitus in hæc verba scripserit: Ad hunc finem Africa a fluui Ampsaga, populos vigintiquinq; habet. Quibus sane verbis non a Tusca, sicut prius, sed ab Ampsaga cum Pomponio quem frequentissime imitatus est, Africę principium ab occasu sumpfisse videtur. Cui sententię Camers apud Solinum, xl. capite refragatus, cū multa in Pliniū defensionem adduxisset, in hæc tandem verba insit: Ascripsi hæc, ne quis existimet Pliniū conniuere, cū inquit: Ad hunc fluem Africa. &c. Fit enim, ait, plerunq; a nobiliori denominatio. Evidem C. Pliniū conniuere dixi, non quod adeo labi, aut falsum mihi dicere visus esset, quando & Ptolemę & Pomponius ab Ampsaga minoris Africę initium sumunt, cum quibus Plinio optime conueniebat: Sed ea causa, quod cum Tusca fluui, qui ultra Ampsagam est in ortum, Africam finisset ab occasu; eodem in capite verbis iam nūc citatis, in enumeratione populorū a præscripto limite, hoc est a Tusca amplius terris extensis, ad Ampsagam declinarit, velut cum Pomponio sensurus. Sentiant autem alij quod velint, ego in priori sententia perso, nihil nostra offendentibus quę in medium Camers attulit. Dixi enim a Ptolemę ea loca, quę in Numidię parte Pomponius censet, in Cæsariensi prouincia fere, a Plinio autem in descriptione Tingitanę numerari. Nec aliam Numidiā Ptolemę fecit, quam nouam cognominatam, quę minoris Africę sit pars, statim ab Ampsaga cœptam, Plinius autem a Pomponio & Ptolemę diuersus, non ab Ampsaga, sed a Tusca Africam

Camers Va/
di.ano Alber
tum obiēdit.
Solinus igras
tus.

Solinus Si/
mia dicitur.

Albertus.

EX SVIS IN MELAM COMMENT. EXPLANATIO.

Africam orditum, Numidia inter hunc & Ampsagam memorata, quæ ab Africa omnino alia sit, ideoque proprio in capite ab eodem relata Plinius verba in tertio capite quinti libri hæc sunt: Ab Ampsaga Numidia est, Masinissa clara nomine, Metagonitis terra a Græcis appellata. &c. Ab Ampsaga, id est supra Ampsagam in ortum versus, vbi minor iam Africa Ptolemæo incipitur, & Pomponio Numidia finitur, nam libro primo hic, Ab eo, inquit, Mulucham intelligens, Numidia ad ripas exposita fluminis Ampsagæ. &c. Iterum Plinius eodem capite, Tusca, inquit, fiumius, Numidiæ finis. &c. & mox a principio quarti capituli, A Tusca, ait, regio Zeugitana, & quæ propriæ vocetur Africa est. Quibus verbis facile intelliget fidus lector, quam accurate suis terminis hos tractus Plinius clauserit, quam manifeste minorem Africam a Numidia seinxerit. At vero paucum inferius de eadem Africa locutus, Ad hunc finem Africa, inquit, a flumine Ampsaga, xxv. populos habet. Quæ verba si non vrgemus, nec oblique interpretari, Ampsaga claudunt Africam. Quid si, ut ego quoque semel diuinem, de industria connuere Plinius voluit? vt incertos eius oræ limites esse lectorem moneret, interim Tuscam, interim Ampsagam nominans. Video enim in alio nimirum insignius dissentire Plinium & Pomponium, tanquam plane ignoratis limitibus, aut huic, aut illi culpa non possit nō irrogari. Nam ultra Ampsagam, Sittianorum Cirtam in ortu Solis Plinius statuit, Pomponius citra occasum versus: quanquam video Plinio cum Ptolemæo conuenire. Quod si qui sunt, quibus verisimile esse potest, a nobiliori factam esse denominationem, vt hoc modo & Numidiæ populi sub Africæ nomine censeri potuerint, nihil refragor: nec mea sane interfuerit, quam quis sententiam sequatur, modo meæ non iniquus nimium esse pergit. Natuum enim lectionis & sponte sese offerentem sensum, illæsa Plinius auctoritate secutus sum, tutius fortasse, nec temere: qua de re velim interim candidus lector cognoscat.

Apud Pomponium libro primo, vbi de Mauritania, scripsi spaciū freti a Bellone Hispaniæ oppido ad Tingi Mauritaniæ Plinium, xxx. millibus passuum mensum: coque modo in Solino legendum, in quo auctior extaret numerus: Camers indicauit a Solini sententia Capellam esse, ideoque Solini lectionem emendatiorem quam Plinius videri. Primum Plinius verba caste atque emendate legi: cum commentarer, mihi persuadebam, cum quod Barbarus ea recepisset, tum etiam quod plerique docti viri in hunc modum citassent. Quod si cuiquam cum Camerte suspectus est Plinius locus, nihil refragor: præsertim quod notas numerorum in Plinio fluxæ fidei esse magni authores produnt. Spero interim mihi, qui Plinius lectionem vereri volui, gratiam a studiosis habitum iri, quod locum fideliter indicarim. Verba autem nostra in Scholijs recognitis emolliui paululum, ne cui duriora viderentur: idque iure quodam meo feci, qui secundam æditionem adeo cōstanter fuit pollicitus, nec tertiam etiam aut quartam retractem, modo vitam mihi longiorem fata velint: ne quis obiter arrogantiæ tribuat in nostris, quod diligentiæ debebatur: aut pericaciæ accuset, quem tam facile meliora certioraue trādentibus cessurum intelligit. Ut autem fatear Iulium Solinum ipsumq; Capellam, qui non pauca ad verbum ex Plinio transcripsérunt, viam mihi Pliniæ lectionis indicasse, locum Plinius ex cap. xiij. libri quarti de Istri ortu huc adducam, qui in hæc verba habet: Ortus hic in Germaniæ iugis, montis Arnobæ ex aduerso Taurici Galliæ oppidi. &c. Quem ex vnius Solini lectione in Scholijs nostris alicubi emendari posse rebar. Quādoquidē Rauricos Solinus, non Tauricos nominavit, vt veterum quoque exemplariū fides testatur, a cuius lectione & Marcellinus est, quem solum tum citabam, Rauracos tantum mutata litera vocans, quemadmodum & Cæsar R. litera incolumi. Proximis diebus cū obseruasse Camertem nostrum Taurici vocabulum in Solino, Plinio, & Ptolemæo præfidenter defendere, veritus ne in celeri, vt fit, scriptione lapsus esset, Hermolaum consulo, idq; eum ante egisse reperio, quod tum solus agere mihi videbar. Sed Hermolai verba citare libet, quæ super. xvij. caput quarti libri Plinius sic habent: Ptolemaeus quidem Raurici & Raurica. item supra Plinius hoc libro, Ex aduerso, inquit, Raurici Galliæ oppidi. &c. Cæsar tamen Rauracum vocavit, & municipes eius Rauracos, itemq; Ammianus Antoninusq; haec tenus Hermolaus, cuius equidem loci cum illa scriberem, non vacabat meminisse, tantum monebat C. Solinus. Quapropter conjecturæ Camertis de Plinius numeris ob consentaneum præsertim Capelle locum, minime refragandum duximus.

Apud Pomponium libro primo in Africæ minoris descriptione, dixi Solinum in enumeratione trium promontoriorū, Candidi, Apollinis, & Mercurii, a Plinio aque Pomponio diuersum. Candidum orientale putasse videri. Quod Plinius & Mela primum in eo littore ab occasu statuerūt, Camers negat se videre quomodo aut Plinio aut Melæ contrarius sit Solinus, etiam si alio quam illi ordine iam dicta promontoria censuit. Ego sane non pronuntiavi, sed modestius, ita mihi videti dixi: Primo, quod hic in Libyci littoris enumerandis locis cum Plinio, cumque Pomponio ab occasu ortum versus progressus est: eaque in re cum constantem alioqui ordinem cum illis seruauerit, quis non videat incuriae tribuendum, quod in enumerandis promontorijs diuersum ab utroque seruauit ordinem, cum utrumque tamen ad manum haberet, & sequi recte potuisset? Iam illud in Solino nouum non est, Plinianam lectionem inuertere aliterque putare, ac ille tradidisset, id quod ante allatis in medium exemplis docuimus. Ne quis frontem perisse de rebus clamet, quod hoc in loco non ordine tantum vocabulorum, sed re ipsa sensuq; alio, diuersum a Plinio suo & Mela nostro credamus: sustinentes interim vt libere quisq; quod velit sentiat: tantum molestum non sit hoc

Plinius & Pō
ponio diuers
sus.

8

Numerorū
characteres
fluxæ apud
Pliniū fidei

Locus Pliniij

Camers ab
Hermolaō
dissentit.

9

IOACHIMI VADIANI LOCORVM ALIQVOT

fit hoc in loco argumenta quæ me sibi duxerunt, prodidisse. Post Mauritiam primam ab occidente Africæ prouinciam, mox Numidiam redditam, eo ordine quo Plinius illam quæ proprie Africæ est describere, locis dignis memoratu enarratis Solinus coepit. Vbi illud obseruandum, prius eum Numidiæ proxima, mox Cyrenaicam versus, in Aegyptum expansum littus legisse, ac primū quidem. Omnis, inquit, Africa a Zeugitano pede incipit, promontorio Apollinis Sardiniae cōtraversa. &c. At Plinius capite quarto quinti libri sic: A Tusca Zeugitana regio, & quæ proprie vocetur Africa est: Tria promontoria, Candidum, mox Apollinis aduersum Sardiniae Mercurij aduersum Siciliæ in altum procurrentia. &c. Vides Plinium cum Pomponio primum Candidum statuere? cum dicat: Mox Apollinis. &c. vt hoc secundum sit, tertium vero extimūque in ortū Mercurij, id quod ex Plinius verbis quæ sequuntur, evidentissime deprehenditur: Subdit vero Solinus promontorio Mercurij procedens in frontem Sicanam. Proinde extenta in duas prominentias, quarum altera Candidum dicitur, altera quæ est in Cyrenaica regione Phycuntem vocant. &c.

Error Soli/
memoranda/
tur.

Quorū verborū nimirū nativus hic apertusque sensus est, quod Africa (hoc autem nomine & Cyrenaicam ambit) post Mercurij promontoriū extenta, duas prominentias habeat, alterā citeriore in Candido, vltiore Catabathmon versus in Phycunte, eo in loco Candidū prominere opinatus, vbi cæteris Mercurij est. Negas? Ag: probemus. Cl. Ptolemæus libro Cosmographiæ quarto in descriptione parallelorū latitudinis demonstrat Africū littus nostri maris nusquam latius contra Europam extendi & prominere, quam in Mercurij promontorio: quod ipse sicut Strabo Hermean vocat a Mercurio, qui Græcis Ἑρμῆς dicitur: sicut illud quod Plinius & Mela Candidum dixerit, ipse Hippo promontorium vocat, a quo Hipponeſti ſinu nomen est Plinio: secundo autem loco Phycuntem prominere maxime, vt haec duo promontoria doctissimis quibusq; non possint cū Solino inter memoratas Africæ prominentias non censi. A Mercurij enim promontorio sensim ſeſe littora in Syrtes retrahunt, quæ a Philenorū aris, & principio Cyrenaicæ mox reflexa, in Bozrion & Phycuntem abeunt, inibi rurſum maxime prominentia, & in Creticū expansa mare, cætera fere usque in Aegyptum plana. id quod præter Plinius & Melæ traditionem, ex secundæ & tertiae tabulæ Africæ pictura deprehenditur: minime vana illa nec oblectationis tantū gratia inuenta, sed Ptolemæi traditione in longitudine & latitudine locorum obſeruata, congrua. Ex Solini autē lectione dubium eſſe nequit, quin post Apollinis & Mercurij promontoriū ipſe alteram prominentiarum censere voluerit, modo verū & ſponte ſeſe offerentem ſenſum non urgeamus. Vt apud me dubium no. i sit eo loci Iul. Solinū Candidū ſtatuisse, vbi Plinius, Mela, Strabo, & Ptolemæus Mercurij promontorium ſtatueret, vbi Clypea illa est, Aspis ante Sicilis dicta, cuius Solinus in transcurſu meminit. Quod si quis vocabulū, proinde, apud Solinum nō accipit pro eo quod eſt, deinde, vel ſequente loco, ſed pro ideoque, ſiue propter ea (hoc enim lenocinio eludere aliquis poſſet) vta Candido tanquam primo horum, non poſtreino promontorio alteram prominentiam indicare voluerit: maiori errato Solinum implicat, cum vel Apollinis promontorium altius emineat quā Candidum, littore illo a Numidia ſenſim ſe, omniū testimonio in altum fastigiante. Ex his igitur paucis, quæ leuiculo in negocio fuſius Hercle quam volebam, afferre coactus ſum, existimo candidum lectorem videre poſſe, quā non arroganter nativam lectionem ſecutus Solino incuriā obiſſere potuifsem, qui conſueta modetia tamen malui dicere, ita mihi videri, quā ita eſſe pronunciare. Vt in terim non dicā quanta facilitate totū illud Solini de Africa principium transmiferim inexcuffū, in quo non ſolum perplexe pleraque tradidit usque ad Syrtium explicationem, verū etiā Cyrenaicam ab Africa contra ſuī Plinius diligentiam non ſeiunxit; in qua quidē re parua culpa fuifſet, niſi ſibi demū hoc ipsum placuifſet, vt inter duas Syrtes Cyrenaicam ſtatueret, a ſuo Plinio, nec eo ſolū, ſed a Ptolemæo, Strabone, & Pomponio, vt hos in terim ſolos nominem, diuersus. Quod Camers ſi non uidit, non admodum intendit animum: ſi vidit, diſſimulare voluit, candidi interpretis officiū eſſe ratus, authori quem exponendum fuſcepit, priuati honoris gratia par cere.

10

In Pomponij libro primo, vbi de Oea Africæ oppido, dixi Tripolim Africanam a triū urbium numero dictā Solino, Oea videlicet Taphræ, & Leptis magnæ, mox ſubiunxi quodā Abrotanū in his numeraffe, ſed falſo. Camers mihi non lectionē ſolū, ſed & iudiciū & autoritatē Hermolai obiſcit, qui ſuper capite quarto quinti libri Plinijs, in hæc verba Solinū citat. Achei Tripolim ſua lingua ſignavit de triū urbiū numero, Taphræ, Abrotani, Leptis magnæ, & cetera. Quo loco non admonet Hermolaus, nec censet adeo ita legendū, ſed tantū Solini locum in hæc verba citat: ne quis ex Camertis traditione Hermolaum ita legendū contendiffe, aut moriſſe arbitretur. Porro vetuſi codices Soliniani, & ſimul recens æditi libri Oeam retinent, Abrotani nulla mētione facta, hoc modo codex, quem venetandæ vetuſtatis nuper ex Bibliotheca Sanctogallensi impetraui, qui titulo indicante ex archetypo Solini recognito transcriptus videtur, Oeam habet. Quanquam ſint volumina quæ pro Taphræ Sabatæ nomen præferunt, videre tamen mihi nō contigit, qui pro Oea Abrotanum habuerint. Evidem video non dubitasſe Hermolaum de Abrotano, nihilominus autem de Oea contendentibus reliquissime locum, quando nullam lectionis rationem ſtudiosis hac nuda citatione præscripsit, & aliud ſit ita legere, aliud ita legendū pronunciaſre ſeu contendere. Præterea cum viderem Pomponij lectionē Abrotani vocabulo, quod in Tripoli censeretur, non parum patrocinari, malui tamen communī exemplarium fide periclitari, quam Pomponianæ

EX SVIS IN MELAM COMMENT. EXPLANATIO.

Pomponianæ lectionis occasione, Oea expuncta Abrotanum substituere: præsertim quod obseruassim a Ptolemæo proximam Taphris, siue, ut ipse nominat, Taphruræ Oeam locari. Ut cūque, id me egisse puto, vt temere me apud Solinum Oeam pro Abrotano substituisse calumniari nemo queat. Absit autem ut Hermolaum falso Abrotanum adnumerasse Tripoli vñquam dicam, cuius lectionis cum commentarer, Hercole non succurrebat. Illos notare libebat, qui Hermolaum fortasse secuti Abrotani meminere, qui tum mihi minime recte id facere videbantur, nulla aut veterum authoritate, & ratione quæ id suaderet, in medium allata: refragante denique, ut dixi, exemplarium fide. Porro illud, falso, quod Camerti adeo stomachum mouit, confessim expunxi, ne quod in cœli commentary obiter iustissimis causis motus asseruissem. Liuiduli censores sinistram in partem interpretati, Hermolai me authoritati, quam vbiique in Scholijs meis tantum non adorauit, obtexisse suspicari possent. Iam autem meo quodam iure mihi licuit, qui secundam æditionem adeo candide pollicitus fuerim, haud nescius inesse meis quæ aut mutanda, aut de medio tollenda posterior diligentia iudicaret. Quanquam quod ad Oeam attinet, hodieq; in priori sententia maneam, donec futurus sit, qui non Oeam, sed Abrotanum legendum, apicum saltem literarum, quæ in Solini veteribus libris extint, argumento comprobet. Porro quæ affinitas Oeæ sit cum Abrotano, si forte a librarijs vitiatam lectionem hac occasione corruptam suspiceris, non video. Profecto Abrotani nulla vestigia supererat in impressis scriptisq; quod viderim, codicibus. Silius autem libro tertio Oeæ commenminet, & Lepti connumerat. Et inter Tripolis oppida Isidorus lib. deci. motertio censet: quanquam huius authoritate parum niteret, nisi a Camerte adductam vidissim, qui secunda æditione nostra nō expectata, tutius interim arbitratur errare cum Hermolao, quam cum eo inferioribus verum dicere. Acri certe nec ineleganti iocatus ironia: quando minime aut tutum sit, aut decorum errare. Ego vero extra iocum quod candide dixerim, cum Camerte bene sentire malo, quam errare cum Hermolao, sicuti errasse Hermolaum, quem & ipsum hominem fuisse scimus, constiterit. Quanquam non possim illud non satis admirari, quomodo acciderit, vt huic consilij sui tenore constanter nō seruato in Ranici Galliæ oppidi vocabulo, quod apud Plinium de Danubij ortu, & apud Ptolemæum Hermolaus agnoscit. Camers suo Marte verum dicere maluerit, quam cum Hermolao ac prope omnibus quos legerim errare: ipsum etiam Solinum Tauricos vocasse cōtra veterum exemplarium fidem arbitratus. Præterea tot insignibus locis magno iudicio, & singulari ingenij acrimonia ab Hermolao illo adnotatis, & obelo cōfossis: quod uis ex cogitare & prætexere malle, ne errasse Solinum credas, quam cum Hermolao tutius errare. Rurisus ægerime ferre quod Seruium taxauerit in septenario Aeolianu numero tanti viri doctrina ad Seruanam umbram vix collata. Item in Hermolai de Oaxe traditione post Politianum etiam ædita, nō quiescere magis quam tutius cum Hermolao errare. Postremo cum in Iassi situ lapsum esse. Solinum cōstanter & omnium eruditorum hactenus consensu pronunciarit Hermolaus, Camers tantu viri authoritate posthabita, Babyloniæ voculam vt subditiciam & adulterinam suspicari maluit: illud addens, Plinium Babyloniæ in illa pueri historia non meminisse, quo tamen in loco tutius multo mea quidem sententia cum Hermolao errare potuisse, quam suo indulgere iudicio. Eo tantum loco quo mei puto taxandi captata occasio est: errare cum Hermolao tutius duxit, quam cum eo inferioribus verum dicere: censuram securus, quæ nusquam extat, cum tantu ita legat Hermolaus, nō etiam ita legendum censeat. Quod ipsum tantum abest vt culpem, vt gratiam etiam Camerti habeā, quod sponte currente illo vrgere calcari voluit, ne in alijs iuxta obseruandis, si paulo negligentior futurus sim, acribus me obtrectatorum oculis carere posse sperare.

Camers ab
Hermolao
dissentit.

Apud Pomponium libro primo, vbi de Cyrenaica Solini sententiam de cōdita Cyrene, cum ad Eusebij traditione omnibus modis diuersam obseruassim, adnotare placuit: neque id alio modo quam quod ei cum Eusebio nō cōuenire lectorem monerem. Hic enim quanquam diuersa de Cyrenes origine pro variorum puto authorum sententia tradat, nusquam tamen sibi cum Solino conuenit. Et in proximo quidem supputationum cōfinio Eusebius quadragesimam Olympiadem, eamq; solam complesse ætate sua Ancum, nec amplius tradit. Quando & Halicarnasseus Dionysius, quæ Camers citat, anno secundo quadragesimæ primæ Olympiados obiisse Ancum scribat: vt dubium nō sit, quartum annum quadragesimæ primæ Olympiados Ancum Martiū nō vidisse. At Solinus quinta & quadragesima Olympiade Ancum res Romanas tenuisse ait. Obsecro te docte Faber, diligenterne, an curiosi magis videri debeat isthac annotasse. Porro quod Eusebius a se dissentit, nihil ad me: hoc tantum mihi detur, quod omnibus modis a Solino dissentit, cum in tempore cōditæ Cyrenes, tum etiam in annis Anci Martis. Sed Camers propter curiosos, inquit, aduentendū fieri potuisse, vt Anco Martio res Romanas tenente Cyrenæ cœptæ fuerint ædificari, licet post huius regis obitum finem acceperint. Ego an ita factum sit, nescio, nec diuinare mihi tum licebat: nec qui cquam Camers probat, sed ita fieri potuisse indicat æque, atque ego sum an ita ceciderit dubius. Quod si veterum scriptorum per incuriam aut celerem scriptiōnem admissos lapsus his cōiecturarū lenocinijs obumbrare, eoque modo authoritatē vindicare licet, nullū adeo grande crudumve in aliquo authore vlcus erroris fuerit, quod non illico (quanquam haud magna lectorum fruge) id genus Medico splenio, si non curari, obduci tamen & foueri possit. At vero Plinianæ valetudinis Aesculapius ille Hermolaus Barbarus, magna eruditione & acerrimo viri iudicio, quiq; exemplum

Nota.

Hermolai
laus.

IOACHIMI VADIANI LOCORVM ALIQVOT

exemplum esse alijs nō leui praeiudicio meretur, cum anxie plerunque medeatur, & ad temperandum pharmacum nullas nō pyxides excutiat, omnia accuratissime collibrando, illo tamen malagmate rarissime quidem vt cōsueuit: conjecturam leuius culam nō admittens, nisi morbo ex corruptissima lectione ita incudecente, vt aliorum etiam consilijs ad medelam ex cogitandam admissis ipse de salute polliceri nō audeat. Proinde vbi sanum lectionis corpus (vt sic dicam) fuerit, & genuina passim vitia prominent, quae a genitura indita altius iecere radices, quam vt curam facilem recipient, inde corā fateri mauult quā vlla Calcythe, vt eximantur inure, siue mox malagmate souere insalubri, quando multa sunt id genus errata, quae morbi exprimant, nō ægritudinē, quæ curari possit, nec infestent malicia, sed specie tantum, & situ de honestent. Camers autē vt Solino suo more patrocinetur, & curiositatis notet diuersa sentientes, ex Cincij traditione & annis regnorū, Romuli, Numæ, Tulli, Anci Martij supputatione facta, Ancū Martiū Olympiade. xlvi, mori potuisse colligit. Quod si permittatur, dubium nō fuerit, Ancū Martiū Olympiade. xlvi, res Romanas tenuisse, id quod Solinus tradit. Ego vero calculo, ne quid temere committerem, repetito, reperio ex Cincij traditione, & illis quatuor regū annis in trigesimā nonam Olympiadē duxisse Ancū, nec multo amplius: præterea magis a Solino dissentire Cincū quā Eusebiū deprehendo, Camertis conjectura non consistente. Quandoquidem anni. cxxxvii. Olympiades. xxvii. efficiunt, uno die reliquo: quibus si duodecim Olympiadas addis, una summa. xxxix. efficies, die uno residuo. In supputandis enim temporibus Olympiadi annos quinque tribuimus, id quod notius est quam vt multis hoc loco explicari debeat. quanquam Camers quatuor tantum annos Olympiadi reliquit: quippe qui ānis. cxxxvii. Olympiadas. trintaquatuor cōfauerit: quod si permettemus, quatuor agones Gymnici, qui spatiū viginti annorum amplectuntur, sedecim nō amplius annos haberent, quatuor annis pessum elabentibus: quod ipsum quantum annorum dispendium in lōga Olympiadū supputatione pareret, nemo nō nouerit, pereuntibus nimis in ipsis Agonum ānis, hoc eit Olympiadum certaminibus, quae Camers vna cum suis ānis in calcu'lo suo præterist. Agon enim Gymnicus aīnum habet nimis quo peragitur, isque Olympiadis initū facit, mox secundum numeramus, dein tertium, postremo quartum: vt gratia exempli, Olympiadis primæ anno secūdo, Olympiadis primæ āno tertio, quartoque, id est ultimo, & cætera. In eunte enim Olympiade, id est anno certaminis prioris Olympiadē si uitam esse intelligimus. Vbi autem seorsum Olympiadē ponimus, ipsum agonis Gymnici aīnum indicamus, qui nō a numero primus, sed ab Agone Olympiadis tantum vocabulo censemur: quanquam constet inter Olympiadē & Olympia- dem quatuor nō amplius ānos interuenire, quos si solos supputando colligis, nō Olympiadas, sed Olympiadum interalla numerasti, ipsis Agonū ānis effluentibus. Porro & Grāmatici Olympia- da dicunt id Græcis spatium esse, quod Latini Lustrum vocent, quinque annis cōprehensum. Proinde Pausanias tradit Herculem Olympiadē instituisse quinquenniū spatio ob quatuor fratres suos, Pœoneū, Epimenidē, Iasiū, & Idā: quibus ipse cōnumeratus quinariū cōplessit numerū. Hoc Camerem nesciisse credam: minimē. Quid igitur? Dū in Solino ab incuria vindicando, & me capiendo, ne dicam carpendo, paulo curiosius occupatur, tantilla incuria labitur, quod humanū cū sit condonari debet. Hoc miror Camerem in supputato annorū conditæ Romæ numero fateri voluisse, firmorem Dionysij supputationē esse quā Solini: hoc vero, cuius iam memini loco, donare mihi noluisse, quod pari candore, nec mihi vere quā candide Solinū ab Eusebiū traditione dissidente affirmauit, idque ea modestia, vt dicerē nō quidē errasse Solinū, sed apud alterutru in supputādo erratū esse suspicari me ostenderet: cū tamen Eusebiū loco quē citavi, Cinciana supputatio susfragetur, nemine, quod equidē sciam. Solinianā assertionem iuuante.

In Pomponij libro tertio, vbi de India paulo fusius ob fideliter instituendam iuuentutem de vmbbris differui, quod eam rem a Grammaticis passim cōmentantibus, rarius pro fide, proque rei dignitate & vtilitate traditam obseruassem. Interque alia quoniam ita incidisset, Lucani loci memini ex libro tertio, eūque obiter intranscursum interpretatus. Nō Hercle ea gratia quod nodum inesse loco arbitrarer: quis enim rudimentorum Sphæricæ rationis peritus, hoc est tantū nō Astronomiæ principiorum ignarus, inibi nodū tanquam in scirpo quærat? Sed magis ne quis occulitionem quandam doctrinam inesse ei suspicaretur, adeo facile capiédo, si paulo accurasier interpretatio adhibeat. Tantum aberat, vt gloriari mihi libuerit nodum me, quē nō offendierim, sustulisse. Porro siccō pede præteritū ab expositoribus dixi, nō quod siluisse adeo, aut falsa tradidisse putauerim, sed magis quod iejune, nec satis explicate quædā adduxerint. Id quod adcomēcū Camers fateri voluit, vt occultiore etiā doctrinā timatus, multis eū locū ex Macrobiō, Cleomedē, Aristotele, & Seruio magnis authoribus, quibus cū belle mihi cōuenit, enodare voluerit, additis quae me non præterierant, ipse tātū præterijs. Iā quod Lucanus sinistrarū meminisset, quis neget at tinuisse, vt vterq; paulo fusius, cur sinistras vmbbras Lucanus nominat, quoque modo, aut cuius positionis respectu sinistre dicerentur, differuissent: aut saltem alteruter id lectori explicuisse, quod sinistre forent quae in meridiē cadunt, dextræ quae in Septentrionem: quod tamen vterque præterit. An nō igitur iejune interpretatos dicam qui in vmbrai ratione indicāda, ne hoc quidem attingissent, sine quo reliqua sciri nō possēt? Sulpitius Solinū citās, Vmbræ, inquit quae nobis ad Occidētem cōuersis dextræ sunt illis sinistram: mox Ianu de sacro Busto verba in mediū affert. quibus hoc tamen

Quomodo
Olympiades
supputādū.

Olympiades

Camers libi
mīr.

12

EX SVIS IN MELAM COMMENT. EXPLANATIO.

Hoc tamen non agebat Janus, ut dextra & sinistra rationem redderet, qui indicare tantum voluit ex autoritate Lucani, inter æquatorem & tropicum habitantes, quorum in numero bona A: a: bū pars foret, duplex vmbrae meridianæ genus habere. Porro neque hoc dictum, ad cuius vmbrae projectum isthac dextra & sinistra ratio potissime referenda, Orientis ne solis, an Occidētis. Atqui constat plerosque ex nobis, qui ad Arctum habitant, paulo grandiori latitudine, cum in Cancro sol est, vmbram habere ad meridiem, hoc est in sinistrum inclinatem, sicut & Arabes, sole scilicet oriente aut occidente: quod cum demonstrari possit, multis probandum non est. Ad solam igitur meridiem vmbra Poëtam respexisse docere debebat: quam aut in meridiem aut Septētrio nem vergere, si catheto non incidit, necesse est: cum interim Orientis & Occidentis vmbra nō raro ita incidat, vt nec dextra sit nec sinistra, quando super illorum vertices siue Zenith sol meat: & vt dixi, ad Septentrionem etiam remotis, nō solum Arabibus sinistra esse possit. Quæ nouisse inter rim mire referebat ad Lucani versiculum docte explicandum. Camers priorem Sulpiti expositiō nem tum veram esse, tum Poëtae sensui plurimi consonā ait, quod si permitto, hoc consequens nō est, vt Poëtae sensum accurate explicet, vt ne dicam interim, quā lubrica sit Soliniana lectio, quod mox docebo. Omnibonum audiamus, qui sic inquit: Nam his qui habitant in Oriente, cum sol ad occasum tendit, vmbra sinistrorsum vergitur: sed habitantibus in Occidente, sicut nos, cum sol tēdit ac Occasum, vmbra dextrorsum vergitur, sicut apud Indos, ubi dicitur Maleum montem sex mensibus in Austrum, id est in dextram partem vergere vmbram, & totidem mensibus in Septentrionē. &c. Vides lector optime, qua moderatione animi dixerim, siccō pede hunc Lucani locum ab interpretibus præteritum: cum dicere potuisse non siccō tantum, sed luxo etiam & varo presum. Vmbra hic Austrinā dextrā vocat, Borealem sinistram, cōtra Lucanisentiam, præterea Orientem & Occidentem ita inculcat, tanquā Occidente Arabes, nos Oriēte careamus, quasi ve-ro referat in Occasum ne an in ortū abeas, vmbra mutaturus: cū latitudo, hoc est abscessus a Tropicis in alterutrum latus hoc vmbrae genus, dextra scilicet & sinistra variet, non autem Oriens aut Occidens, quorū vtrunque Arabes cernunt. Nam qui extra Tropicos, habent alterum vmbrae genus: qui intra Tropicos, vtrunque vident. Præterea Arabes, inquit, populi sunt Oriētis: qui quia habitant in Oriente, ideo admirati sunt cum venissent in Occidentē. &c. Fateor Arabiā nō paulo magis Orientalē esse quā minor Asia aut Thessalia sit, in quā Arabes venisse Lucanus scribit. Cōstat tamē hos alterū vmbrae genus habere nō potuisse, nō ea causa quod in occasū, sed quod in Septentrionē abiissent. Neq; nostris in locis tātum qui in occasū vergūt, sed apud Syros, Medos, Baetos, quiq; magis in Orientē prominēt Indos, idē Arabibus vſuuenire poterat: cū bona etiā Arabiā pars nostrā tantum, hoc est dextrā vmbra habeat. Adeo nihil ad hanc vmbrae dextræ sinistræ rationem respectus oriētis aut occidētis facit. Porro si quis intra Cancri tropicū maneat, & ex Arabia in Atlanticiū, in extimos Aethiopas, qui ab occasus latere Hesperij dicti sūt, abeat, nihil ille vmbrae rationē mutauerit. Nimirū quod longitudinis variatio nihil attineat: sed sola, vt diximus latitudinis. Quid igitur oportebat occidentē inculcare, ubi Septētrionis rectius memineris. Sed de his olim fortasse nobis seorsū disserēdi occasio dabitur: tantū ita sors ferat, vt oculari a professionis molestia, & tantisper ad literas reuerti occupatissimo mihi liceat. De Solino videamus, cuius de vmbribus locum docte a Camerte explicatū lubricae fidei suspicatus sūt, & dubium esse dixi quod ille tradidit, non etiā incuriae notaui. Vmbrae autē quæ nobis dextræ sūt, illis quoq; dextræ sūt, & sinistre esse nō possunt. Est enim oīno diuersū vmbrae genus, quod in Boreā cadit: ab illo quod in Austrū proij citur, & vmbrae quas ipsi sinistras habēt, tales sūt vt dextræ esse nequeāt: quāquā & dextræ habent, tamē alio tēpore habēt, & diuerso solis positu. Huc accedit quod sinistrā vmbrae ita meminit Solinus, vt putare possis non aliud Arabes vmbrae genus quā sinistrā habere, cū nobis dextras tribuat, nec aliud interim innuat. Quod si Solini verba hoc sensu accipimus, vt sole nobis sinistro, illis interim dextro vmbras ipsi suas in Austrū vergētes habeāt, nostris eodē tēpore in Septētrionē abeūtibus, quis nō videat vere dictū? ita tamē vt diligētiā sit, nō curiositatis lectorē monuisse, ne aliud sibi ex Solini verbis obiter persuadeat: quando in clariori Lucani loco Omnibus, doctissimus alioqui interpres, longe a scopo aberrauerit. Proinde in Seruij loco, quem Camers citat, idem moneo. Sunt enim nobis cœlum intuētibus sinistra, quæ & ipsis sinistra tursum dextra illis, quæ & nobis dextra; ut simpliciter ille locus, nec accipi recte, nec intelligi queat: sicut & illud Macrobijs libro de Somnio Scipionis secundo, ubi ait, nunquam vere solem fensem Septentrionis admittere. Sunt enim in nostro latere ad Septentrionem remoti, qui virginati quatuor horarum spacio elabente Orientalem & Occidentalem vmbram, tum & dextram Septentrionis & sinistram Austrinam habent: ad quos si Arabes illi Pompeiani peruenisset, dextras vmbras in ignoto orbe agnouissent: quanquam impossibile Macrobius autumat. Ego ad demonstrandum ipsum dubitantibus me offero, nec multis opus est, res ipsa certissima est, & cognitū facillima. Primum omnium hi quibus aliquot saltem gradus Cancri sub horizontem non merguntur, latitudine ultra sexagesimum septimum gradum expansa, spatio minimum vigintiquatuor horarum præsente sole fruuntur, nulla prorsus ingruente nocte, quo spacio volente sole, cum nobis mediæ noctis horam efficit, apud illos supra horizontem extans, vmbram projicit

T

in meridiem:

Omnibonus.

Scrutus.

Nota.

IOACHIMI VADIANI LOCORVM ALIQ VOT

in meridiem: estque ea vere sinistra vmbra, quam frequentius habent, quibus multi dies nulla nocte intercepti, luce cohærent. Velut hodie de his qui ultra parallelum Arcticum summouentur, experientia deprehensum est. Cæterum illud vmbrae genus quod sinistrum est, a sole meridiano, hoc est ab eo punto meridiani in quo si solipsis occideret, meridiem metirentur, habere nequaquam posunt: cum eo tempore nostrum latus terræ solem semper a sinistris haheat: eoque modo Macrobius intellexisse existimandum est. Libuit hæc adscribere, prolixa fateor, sed attinentia tamen, ne quis existimat me sine causa Lucani expositorum meminisse. Simul ut candidus lector cognosceret, quarum rerum apparatu me ad Lucani locum interpretandum accingere potuisse, si is mihi animus fuisset, vt de re tantilla gloriandum vnuquam duxerim, obseruatione præsum finistrarum vmbrae ab ignoto Arabibus orbe in medium producta, de qua equidem dicere ausim, ante me neminem recentiorum mansuetiores literas professum, quem quidem legerim, indicasse tradidisseque.

13 Apud Pomponium libro tertio, vbi de Tigri & Euphrate inter alia fit mentio, Solini locum defertili ad modū Nili Euphratis rigatione ex Gnomonicorum sententia in medium attuli. primum, quod dignissimus mihi animaduersione videbatur: mox etiam quod nec attinentem, nec veram iudicabam: ita tamen egi, vt pro solita modestia mea, eius rei peritis, hoc est Cosmographis iudicij copiam non detrectarim: quorum sententiae, si vnuquam a nostra illa diuersa futura est, non grauabor ita cedere, vt gratiam etiam habiturus sim meliora docentibus, eoque me scrupulo liberantibus; tantum id non friuolis, sed suis, hoc est dignis fide rationibus agant. Eo loci Camers cum Solinum premi iudicasset, non hoc asseruisse Solinum, sed id Gnomonicos contendisse ait, satis his verbis testatus quid rationi illi tribuat, quando in Gnomonicos quam Solinum culpam referri mauult. Evidem non nesciebam ita Gnomonicos contendisse. Cæterum dignam fide esse Gnomonicorum rationem Solinus crediderit nec ne, id in questionem vocamus: quod si tribuisse quicquam ei videbitur, & sit qui falsam esse conuincere queat: communis certe aut incuria aut ignorantia culpa non vacabit: de qua tamen præfidenter nihil pronunciaui, nedum vt Solino eam ceu compertam vspiam obijcere voluerim. Age quando Camers noster ex Plini, cui fudit, sententia alicubi dixit, experientia constare, vt vbi in die vmbrae non sint, ibi Septentrionem non conspic. Probari autem vel Plini authoritate, demum & demonstrari queat falsum esse, quod Camers ex Plinio prodidit, putasne, in solum Plinium errati culpam, ac non in Camerem etiam, qui id aut non viderit, aut certe videre præfaure noluerit, rei ciendam? quanquam illum incuriae, hunc etiam fidentiae accusare possis, qui refragante veritate, a Plini sententia velis, nolis, stare velit, quicquid tandem aut rationes aut demonstrationes occularint. Demus autem, vt Gnomonicorum rationi nihil tribuisse Solinum verisimile sit: nihil secius mea referebat, vt quæ ille ex Gnomonicorum sententia tradidisset, propter iam dictas causas in questionem vocarem. Cæterum si hoc modo culpæ eximere Solinum libet, cum prope omnia ex Plinio mutuatus sit: non video quantū illi scriptori posteritas debeat, extante præsertim Plini opere; nisi bonam eum partem probasse, & pro sua quoque sententia aliunde desumpta adhibito iudicio posteritati relinquere voluisse fastearis. Mihi certe nemo persuaserit vt credam, admiratorem illum Plinianæ doctrinæ, tot efficacissimis rationibus præteritis hanc vnam solaque, nec Plinio, nec alijs quos legerim familiarem, ita de Euphratis auctu in medium afferre voluisse, vt de ea tamen tanquam indigna fide suspicatur. Non existimo hunc morem veteribus scriptoribus fuisse, vt pro certis dubia, pro veris similia vero mandare literis, & posteritati relinquere dignum duxerint: melioribus interim aut cælatis inuidia, aut malevolentia dissimulatis: tanquam illis hoc modo illudere, nobis ceu falsis imaginibus, ac non potius sincero iuuandæ veritatis studio prodeesse libuerit. Quin rectius credimus doctissimum quenque, & optimum scriptorem in naturæ præsertim historia referenda, vera compertaque, aut ea saltem, in quæ aut veterum inclinarit authoritas, aut temporum ratio, quæ artium peritiam non æqua lance simul aut omnibus distribuit, consenserit, indicare bona fide voluisse. Quanquam video plerunque Solinum, & frequentissime C. Plinium, aliosque non paucos ita soleare, vt in causis rerum æstimandis, magis quid alij senserint in medium afferant, quam priuatim de suo quicquam depromant; præsertim vbi rei difficultas decernendi fiduciam adimit meditanti, aut rationum verisimilitudo dubium suspendit in diuersa tractum: quando in aliorum traditis argutari tutius iudicatur, quam in propria, aut vna quapiam sententia confirmanda periclitari.

Not. Mos veterū scriptorum. Quod ipsum quanquam plenum est verecundiæ & modestiæ, & plane Academicum, cum multis veterum, tum ipsi ante alios Archesilæ attributum, vitio tamen non caret, & oscitatiæ cuidā nō potest nō tribui: si illud ita agas, vt sine iudicio & delectu alba, vt dicitur, linea copia quadā affesta, ne quid præteriisse te credamus, quævis vt obvia fuerint infulseris, nec priuatim quædā eruditiorum obseruatione fretus, vt manifeste falsa coarguis, quædā autē vt frigide & ieune dicta cœuelis, aut vt nō attinētia rei cis. Quā rationē inter nostros seuerissime custodiſt diuus Hieronymus, accuratissime præstítit Augustinus, constanter retinuit Ambrosius, & mira sequutus est felicitate Cyprianus. Nec sane deserit Lactantius nisi quod hic author, amore credo iuuandæ religiosis, veterum sapientiæ non iustis semper causis refragari voluit. Ex veteribus autem naturæ interpretibus, Aristoteles princeps & ipse philosophus, magna fiducia & minime infelici libertate, tantum

Lactantius.
Aristotelis
fiducia.

EX SVIS IN MELAM COMMENT. EXPLANATIO.

Tantum semper præsentissimo veritatis numini tribuit, ut eximiam veterum doctrinam, & seculis etiam adornata in authoritatem contemnere maluerit, quam sua negligere, si quando attingere (quod aiunt) scopum, suisque consistere rationibus viderentur, pro his cum suo Platone, immo cū suo quoque seculo depugnare paratus. Ac illis quidem hac tantum re fauet, quod vestigandæ veritatis viam sibi fecissent. His etiam risu molestus est, quod aliud sentire auderent, quam ipse opinaretur. Nunc ut ad institutum reuertamur. Qui sciamus peritissime Faber, cum Gnomonicis Solinum non sensisse, ac plane non creduisse quod illi tradidissent de Euphratis auctu, propterea quod illos ita contendisse ait: cū solam tamen hanc rationem adducat, nec reiçiat nominatum. Porro si varias causas attulisset, nec indicasset quam præcipue probandam existimaret, dubitare de Solini sententia iuste potuissimus: iam quod hanc solam attulit, quid dubites verisimilem sibi visam esse? Doce autem quo sensu hæc eius verba accipere debeam: Vnde apparet ista duo fiumia. &c. Ego verbum apparet, pro eo accipio quod est, videtur, siue verisimile est: nec video quid aliud indicet: ut minime temere dixisse videri debeam ita creduisse Solinum. Quod si Camers non est daturus nobis, & putat conuincere me non posse, ut eo modo Solinum sensisse existimemus: id credo dabit quod ostendere ipse non possit. C. Solinum Gnomonicorum sententiae non accessisse. Igitur ne verba perdamus amplius, vt iudicij mei rationem reddam studiosis, & illam temeritatis suspicionem amoliar, simulque Solini locum a Camerte in meis reuellendis occupato præteritum explicem. Solini verba ex capite quinquagesimo afferam, quæ in hunc ferme modum habent: Mesopotamiam Euphrates opimat annuæ inundationis excessibus, ad instar Aegypti amnis terris superflusus, inuencta soli forcunditate iisdem ferme temporibus quibus Nilus exit, Sole scilicet i parte Cancri vigesima constituto, tenuatur cum iam Leone decursu ad extima Virginis facit transiit, quod Gnomonici similibus parallelis accidere contèdunt, quos pares & cœli & terrarum positione æqualitas normalis efficit lineæ: vnde apparet ista duo flumina ad modulum eiusdem perpendiculi constituta. Hactenus Solinus. Quorum sensum vt obiter reddamns, satis fuerit illud nouisse a Græcis τοῦ γνωμονοῦ doctos siue scientes appellari, non raro quando τὸν γνῶμην & scientiam & consilium vocet. Sed a Solino hoc vocabulo cœsos videri, quos recétores Cosmographos frequentius nominant, descriptis terrarum locis, cœli etiam positum ad exactam parallelorū longitudinis latitudinusq; obseruationē accommodantes, cum explicatione quantitatis lucis, hoc est diei, & umbrarum meridie, quas diuersa ad Gnomonem proportione longiores brevioresq; esse cōtingit, prout longius ab æquatore abscesserint, siue a loco Solis absuerint paralleli. His autē nomē est ἄποτοῦ γνῶμον, hoc est a Gnomone, quo Græci stylum etiam horas indicantē appellant, a quo Gnomonice ipsa ars & ratio solariorū dicitur. Proinde Gnomō & umbilicus solis vocatus, quoniam in umbrae quātitate metiēda summa eius umbilico, id est cētro Solis respondet, quandoquidē centri terræ summa illa vicē gerit. De hoc Plinius. lxxiiij. capite secundi, vbi de Gnomonica. Solis itaq; umbili ci, quē Gnomonē appellant, umbra in Aegypto, meridianō tempore, æquinoctiū die, paulo plus quā dimidiā Gnomonis mēsurā efficit. Idē li. vj. vltimo cap. In hoc cœli cōplexu equinoctiū die media, umbilicus, quē Gnomonē vocat, septē pedes lōgus, umbra nō amplius quam tuor pedes longam reddit. De eodem Vitruvius libri noni capite octauo. Namq; siquit, Sol æquinoctiali tempore Ariete Libraq; versando, quas ex Gnomone partes habet nouem, eas umbrae facit octo in declinatione cœli, quæ est Romæ. &c. Quia vero Gnomon umbra, siue in planicie horizontis, siue in superficiem Zenith (vt Gnomonici hodie vocant) infigitur semper cum umbra a se proiecta rectangulari facit, eo nimur ad perpendicularum directo: factum est vt a Geometris & Architectonicis instrumētum, quo recti anguli deprehēdūtur, ad perpendicularares lineas exactum græcis Gnomon dictus sit. Latini veteres normam vocarunt, tribus rectis regulis siue lineis trianguli forma coēuntibus, quarum una cubitos tris, altera quatuor, tertia cubitos quinque longa fuisset, velut libro nono tradit Vitruvius. Non refert autem vt cunque dispare sint longitudine regulæ, modo duarum regularum ancones ita coēant, vt perpendicularo decursus marginum respondeat. Gnomon vero solitus ea linearum paritate constabat, vt quadratum perfectum duobus Gnomonibus, siue quod idem est, duabus Normis conficeretur. Hic est Gnomon cuius in prædicamentis Aristoteles meminit, quadrangulo additum, eum angeri quidem quadratum asserens, verū nihil aliud fieri a quadrangulo. A Norma illa linea normalis, cuius meminit Solinus, dicta est assiduis authoribus pro ea quam alijs perpendiculari siue perpendiculararem, græci Catheton vocant, rectum seu rectos angulos cum linea recta, in quam incidit, constituentem. Proinde Quintilianus libro undecimo, Normalē angulum dixit, quē alias rectum vocant. & Cesarius in libello de dienatali normalē eo modo lineam nominauit, vt alicubi doctissime decus illud literarum postliminio reuersarum Gulielmus Budæus prodidit. Aliud autē est perpendicularum, aliud norma: ne quis idē significare autem, quanquam normale a perpendiculari nō differat. Norma enim vt ad angularū rectorum rationē exigēdam utimur, ita perpendicularum ad altitudinem æquatarum obseruationē accommodum est, quemadmodum longitudines regula metiri Architectonici solent. Vitruvius libro de Architectura septimo: Longitudines, inquit, ad regulam & lineam, altitudines ad perpendicularum, anguli ad normam respondentibus exigantur. & cetera. Est igitur verborum Solini sensus Gnomonicos contendisse horum amnium desiuixun ita controversa positione æquari,

Locus Soli/
ni obscurus
explicatus.

Gnomonici.
Cosmogra
phi.

Gnomon
quid.

Norma
quid.

Linea Nor
malis.

Perpendiculū

IOACHIMI VADIANI LOCORVM ALIQ VOT

vt quantum Euphrates in Septentrionem a meridie, & austro a parallelo solstitiali seu Canceris tropico, ad quem auctus Nili fieri solet, recedit, tantum alio suo Nilus opposito latere a Septentrione & Borea in meridiem & Austrum sese retrahat; eoque modo fontes annuum parallelis subesse similibus, id est pari distantia a loco Solis diuersis, easdem incrementi causas propter parem declinationem habere: vt gratia exempli parallelum. xv. gradus declinationis Borealis similem esse dicimus parallelo quindecimi gradus Austrinae declinationis: a quorum medio, hoc est puncto meridiani æquatoris, si perpendiculariter demitti super axe mundi imaginaris, erunt anguli recti pares: & vt Solini verbis utar, modulus eiusdem perpendiculari pares habebit hinc & inde ad parallelos procurrentes lineas, conformi Gnomonis ratione, & umbræ æquinoctialis pari quantitate, licet diuersi sint, id est contrapositi paralleli: qui pares tamen dici possent tum propter æquidistantiam & magnitudinem, tum etiam quod pariter habent quæ iam diximus, Sole æquinoctium faciente. Ad Euphratem autem & Nilum si respicis, inuenies plus minus vigintitribus gradibus Euphratis fontes a Tropico abesse Canceris, Ptolemæo: rursum Nilum ubi iam Nilus est & dicitur, hoc est iuxta Meroëm, ubi Astapus & Astaboras eidem authori corriuant, prope tantundem a tropico distare, vt similibus hoc modo parallelis subesse videri queant hi amnes. Sed non exacte satis hoc quadrare indicat, quod non a fontibus, sed manifesto annis Nili desluxu haec distantia ratio sumitur, unde cunque tandem Nilum manare putas: quanquam Solinum non fontium, sed annum meminisse videmus. Quod si quibus sententia Cameris arridet, vt per similes parallelos eodem quibus hi flouij alicubi subiungunt, intelligamus, quemadmodum & ego intelligi posse in Scholijs obiter innuebam, nihil proprium Euphrati illi tribuerit: quædoquidē & Ganges & Indus, simulq; Tigris in Asia, in Africa autem Cyniphis, Bragada & Arapsaga, vt alios interim his non minoreremus prætereamus, id ipsum cum Nilo, cumque Euphrate commune habent: vt necesse sit opinionem, aut ab isthæc sententia cadere, aut permittere, vt amnes iam nunc a me recensi pari cum Nilo auctu reddidet, sitque vulgare pluribus fluminibus, quod hactenus in paucis annib[us] vetustas mirata est. Porro vt dubitari nequit contario fluxu contra se tendere Nilum & Euphratem, hoc in Meridiem, illo in Aquilonem abeunte, ita certe ex Ptolemæi traditione constare potest, eorumdem longitudinem longo intervallo secerni, vt ne hoc quidem modo perpendiculari contrarij incessus respondeant, & longe remotos habeant circulos meridianos, illo demum in nostrum mare, hoc in rubrum mare, hoc eit sinum Persicum exente. Quo in loco (quemadmodum ita incidit) fateor mirari me Cameris nostri opinionem, mare rubrum a sinu Persico ita separantis, vt Hieronymi & Iosephi de Euphratis exitu, itemque Herodoti, Curtij & Diodori sententiam, Plini, Solini, & Ptolemæi contravenire traditioni existimauerit. Dicit enim apud Solinum cap. .xlix. Diuus Hieronymus, Iosephus capite secundo primi antiquitatum, & plures alii asserunt Tigrim annum non in sinu Persicum, sed in mare rubrum inferri, &c. Quum hi tamen sola nomenclatura diuersi eundem sinum intelligent: est enim rubri maris pars sinu Persicus, quemadmodum & Arabicus, id quod Plinius, & Pomponius docet, & .xiiiij. libro præclarus author Strabo testatur. Herodotus quoq; libro quarto sinum Persicum rubrum mare vocans, Altera, inquit, ora a Persis incipiens porrigitur ad rubrum mare, quod & Persicum vocatur: dein gradatim Assyria atq; inde Arabia, definitq; in sinu Arabico Plinius libro nono de vnionibus: Præcipue autem laudantur circa Arabian in Persico sinu marii rubri, &c. Est ergo rubri marii vocabulum generale Persico & Arabico sinui, ipsiq; utrumque sinu fundente Oceano, quo felix Arabia clauduntur, quod videre Cameris potuisset, si tantisper tabularum pictura sese oblectare voluisset. Isthæc autem persequi iam nunc non vacat, ac ne si vacaret quidem, liberet: tantillum enim oī quod in præsentia dabatur, in nostris explicandis magis quā alienis annotandis insumēdum ducebamus, atque utinam feriari nobis in vniuersum Cameris æquanimitate licuisset, sed de hoc suo loco. Nunc dico me non videre, quomodo ex parallelorum obseruasse ista, qua Gnomonicorum ratio, & Solini sententia nituntur, auctus aut Nili, aut Euphratis deprehendi queat. Nec dubito (quod citra arrogantiam dictum volo) deceptos esse & Gnomonicos & Solinum, eoq; modo libenter periclitior, donec extet, quibus gratiam habere possem, hoc est qui his nostris certiora dicturi me hallucinatum, non friuolis conjecturis, sed attinetibus argumentis conuincit: Ne quis obiter gloriatur causam se incremeti Nili aut Euphratis redidisse, quod Mosis testimonio producto, eodem illos principio, hoc est eodem Paradisi fonte originis amnes contendat, ac propterea eos sub uno aliquo perpendiculari constitutos videri velit. Hoc enim si est, ab una eadēque plaga fuere eos dicemus, non diuersis plagiis, velut Solinus ait: rursum vni a fonte parallelo subesse, non similibus: hoc sensu cum Solini lectione se collidet. Fateor autem nunquam me in Mosis testimoniis dubitasse, ceterum quo minus ab hoc fonte (etiam si haec parallelorum obseruatio quicquam ad rem attineret) incrementi causam petamus, recentium Theologorum conjecturæ monent: adeo nunquam eum videlicet, aut pluvijs vndis, aut niualibus augeati posse tradentium: quippe qui perpetua serenitate tranquillus maneat, ac ne diluuij quidem vndebris obrutus fuerit. Et alias constabat me in explicanda Solini & Gnomonicorum ratione Mosis autoritate non virgeri: quando nec hos, nec quenquam veterum Ethnicorum fuisse in hanc usque horam legendi, audiendoue obseruare potuerim, qui Gangem, Nilum, Tigrim, & Euphratem ex eodem ori fonte affirmauerint: tantum abest, vt Gnomonicos Mosis autoritatem monitos,

Cameris Per
secum sinum
a rubro mar-
ti separat.

Mare rubri

EX SVIS IN MELAM COMMENT. EXPLANATIO.

te monitos, ita tradere voluisse credere debeamus, & persuadere nobis Mosis historiam Gnomonicis aut Solino notam fuisse. Quid igitur proderat Camerti nostro, in Solini vindicanda autho-
ritate ad eam rationem configere, quam pro recenti præsertim Theologorum opinione, ne So-
linus quidem, si reuiuiscat, vñquam sit agnitus? nec Gnomonici vt eam admitterent, facile per-
suaderentur; nisi fide nostra, cuius nullæ in Solino reliquæ extant, hanc scripturæ ruerentia ex-
hibere didicerint; vt quæ Moses tradidisset, temere negare nō licet. Dubitamus autem, Iuliu Solinum hunc quatuor annuum insignem fontem, in historia rerum in orbe memorabilium præterite
potuisse, si vñquam legis et fuisse qui ita prodiderint, nedum credidisset? Fuere quidem, sicut Philostratus scribit, qui Indum & Nilum eundem annum crediderunt: iursum qui Euphratem a Nilo
non alium esse vel incrementorum paritate moniti putarint. quos si bene scire Solinus existimas-
set, non paulo minus his quam Gnomonicorum sententiae cedo accessisset. Cæterum falsum tra-
didisse illos ante Strabo monuerat: & Moses monet ne nos eosdem putemus, quos diuersos esse
ipse docuit. Constat autem præter Platonem, non paucos veterum, si Eusebio credimus, e Mosis
historia promouisse: vt mirum sit, si neminem pari sententia de iam dictis annibus tradere vo-
luisse constare queat. Quis autem non videat, nos qui fidei munere exultamus, hanc veritatem
christianæ religioni devere, occasione nimis nouæ legis Hebræorum recepta historia, quam to-
ties recipiendam ipse, cui vitam & salutem debemus, Christus monuit. Porro quod dubitare con-
tingit de fonte illo uno altius cogitatis, nihil mirum: cum & Ambrosius sola allegoria nitatur, &
Augustinus libro super Genesim octauo, de se fatigatus tempus quo fieri nō posse crediderit,
vt omnia quæ de Paradiso Moses tradidit, ad historicum sensum referri commode possent. Pro-
inde duos cōtra Manichæos de sensu scripturæ libros allegorica se tantum interpretatione ful-
cisse ait, historia posthabita. Sed de Paradiso quatenus ad ea explicāda attinuerit, quæ in com-
mētario Pomponiano descripti, ne quis aliter atq; ego senserim suspicetur, mox refaram. Ad Eu-
phratem reuertamur, quæ hac quoque ratiōe, quam Thales prodidit, augeri posse Camers indi-
cat, ventorum impetu suspendente vndas, & harenis agitatis simul ostia obducentibus. Cui equi-
dē vt non accedo, ita sane homini hac de re molestus non fuerim. Tātum id monere cādandum lecto-
rem libuit, Euphratis defluxum ab Etesijs iuuari, nō suspendi: simul enim secundo amne in meridi-
em abeunt, nec verisimile esse posse, vt quo tēpore anni Aquilones Nili decursum contrario fiat
suspendere dicuntur in littore nostri maris, eodē tēpore Austrini flatus sinum Persicum, & rubrum
Oceanum trahant: vt hoc modo vicina annum ostia diuersis plagiis simul egressos ventos uno
tempore præcludere verisimile videri debeat scilicet. Alioqui qui credas, iisdem ventis, hoc est E-
tesijs utriusque amnis vndas suspendi, cum hic secundos, ille cōtrarios habeat, rursus ex diametra,
quod aiunt, & ad perpendiculari æquationem, vt Gnomonici cōtenderūt Soliniani, contraposi-
tis illis: vt ne referam interim, quam non certa Thaletis ratio existat, nō temere a Seneca, Hero-
doto, ipsoque principe Philosopho Aristotele, sicut alibi idicauimus, rejecta cōfutataq;. Quod si
tabularum picturis sese oblectare Camers noster, & coram videre voluisset, quam nihil Euphratis
decursum flatus Etesiarum obsit, Thaletis, puto, rationem a Nili ostijs ad Euphratis aliœnum non
transtulisset. His igitur atque alijs hucusque argumentis, vt obiter reminisci potui, allatis, facile
erit cuius lectori, modo attentius legerit, intelligere quam non arroganter Gnomonicorum sen-
tentiam in questionem vocauerim, deq; ea aestimanda situs terrarum peritis fecerim copiā; præ-
sertim quod alibi tradidisse accessum solis ad Cancri parallelum, & latus nostrum potissimum
incremēti causam illis annibus mouere: nec illis tantum, sed alijs pluribus lōge citra vniuersæ Ar-
meniæ limites ad Vrſas remotis, vbi nulla normalis lineaæ æqualitas, præsertim ad Nilū collata,
locum habeat, idem præstet: quando diebus æstiuis longissimis, radioque minus obliquo, nec imbe-
cilli, sole terras nostras proxime altissimeque illustratæ, infimus aëris tractus radiorum paulo fir-
miori reflexione acceditur: eoq; modo pertinax montium frigus expugnans, in vndas niues resol-
uit, & oppletis fluminū aliœnis (mirā naturæ prouidentiam) siccis terris riguam vndarum vim elar-
gitur. Quod ipsū terrarum situs peritissimus author Strabo lib. Cosmographiæ. xvij. in Euphra-
tis effluvio agnoscens. Exundat, inquit, Euphrates in æstate, a vere incipiens, cum iā niues in Ar-
menia liquefiunt, vt necesse sit stagnare arua atque obrui. &c. Idem & Nilo geminam ob causam
obtingere posse, verisimili conjectura ex varijs grauium authorum argumentis in Commētario
meo Pomponiano nō ita pridem differui. Et constat experientia (vt denostris annibus compre-
ta referam) Rhenum a fontibus, sole iuxta Cancri tropicum obuersante, propter Rheticarum alpi-
um liquefactas niues, & anteactæ hyemis ratione, plus minusve accrescere, noxia plerūq; accolit
undatum vi longe lateque intumescente, maxime vbi hymbrum vbertas effluvium auxerit:
proinde Brumæ tempore limpidum tenuemque patenti in aliœno residere, cum nulla non æstate
intumescat. Quod & in Danubio principe Germanorum fluvio obseruauimus, qui glacie verno so-
le dehiscēte, sensim crescit, ac non raro exundat, sed æstiuis mensibus frequentissime tamen, Au-
tunni tempore sele in aliœno cohibens: mox nisi pluviosa obturbet hyems, liquidus perspicuus
que defluens, cum tota æstate coenosus ob agitatas harenas, flauusque descendat. Nec dubium
fuerit æstate eum multo maiorem, quam hyeme ferri: quod ipsum Herodotus nesciuit, & contra
constantem experientiam negavit Seneca. Iam de Rhodano & Athesi non attingā, Plinius libro

Nota.

*Fluxus Eu-
phratis ab E-
tesijs impelli-
tur.*

*Causa incre-
mēti annum.*

Strabo

Rhenus.

Danubius

IOACHIMI VADIANI LOCORVM ALIQ VOT

Padus

tertio cap. xvij. Padus, inquit, augetur & Canis ortus liquatis niuibus. &c. Quibus putas niuibus? nempe in alpinis: quæ adeo medijs etiam æstibus lente cedunt, vt in frequentibus Leopontiarum & Rheticarum alpium iugis perpetuae sint, ne quis putet verni tantum solis materiem esse alpiū niues, quas absumat: atq; iisdem causis Euphratem & Nilum ab immanibus Tauri & Atlantis iugis augeri posse diffidat. Porro quod in Scholijs nostris in horū amnium vestigandis incrementis, ad fontes recurrentum esse dixi, idque adeo plerunque falsum Camers affirmat, candidi lectoris iudicio relinquo. Evidem de alijs fiuminibus non pronunciabam, de Nilo tantum & Euphrate memini: quorum alterum augeri vndis ab ostijs suspensis Herodotus, Aristoteles, & Seneca, vt dixi, negant. Alterum Etesijs stagnare non posse demonstrauit. Et a fontibus, hoc est defiuxus principio Euphratem Armeniæ liquatis niuibus Strabo tradit. Sentiant autem alijs quod ve- lint, mihi verisimile non videtur, Nilus sueta villa ventorum vi adeo retroagi posse, vt infundare tā topere hac causa eum credamus quando Aethiopiæ quoque partem longe ab ostijs remotissimā longe & late vndis obtegat. Neque vero suū nescius æstu maris stagnare amnes, vndis videlicet ab ostijs regurgitantibus: velut Bethym Tagumque in Hispania, Ligerim & Garumnam in Galia, Rhenum, Amisiū, & Albitum in Germania, alibique alios: verum nullis Etesijs, nec plane illo incremeti genere quo Nilus, nec æstate, & sub Cancri ardoribus tantum, denique non nisi Oceani æstu, quantos in nostro mari nullus existat. Q[uod] si sunt qui reciproco procellarum impetu ventorum violentia suscitato suspendi defluxus amnium contendant, nihil moror verisimilem sententiam: modo ne quis eo nolentem me adigit, vt hanc vnam tantarum inundationum causam esse crederet debeam. Scimus enim aliquando non rigasse Nilum, nihil minus interim credo & Etesijs fiantibus, & Aegypti littoribus ventis æstibusque infestatis. In haec diuertisse candide lector, molestia non sit: ubiiores enim, ne dicam loquatores, vt esse placuit, non tam vt nostra tuemur, quā vt omnis consilij nostri, quo illa scriptissimus, ratione prodita, bene ne ansecus de Solini loco senserimus, intelligere sine labore posses.

14

Apud Pomponium libro tertio, vbi de Tigri mentio fit, obiter memini nostrorum sententiæ, qui Mosis autoritatem sectuti, Tigrim, Euphratem, Nilum, & Gangem e Paradiſo re ipsa manu confirmant: quod me non videre dixi, quomodo verum esse queat, nisi aut allegoriam sequamur, aut terram habitatam Paradiſum esse intelligamus. Quod de loco tametsi a nemine hactenus male, quod sciā, audiui, referendū tamen aliquid dignū duxi: ne quis me solam allegoriā sequi suscipiat, tanquam plane ab historia abhoruerim, & Augustini cōtempserim authoritatē. Dixi enim Paradiſi situm adeo nostris incertum, vt quo loco sit, aut quid sit, ipse nesciam. Quod quidem vt facerem, partim Augustini monuit authoritas, partim in causa fuere recentium Theologorum frequentissimæ opiniones: quæ sine scriptura, sine veterum authoritate, ita de Paradiſi situ decernunt, vt qua fidentia fuerint, qui ita tradidere, videre quidem possint paulo eruditiores: cæterum quibus causis moti vt ita traderent, nemo facile dixerit. Nisi suspicari licet Aristotelico instituto animatos illos, id sibi persuasisse: vt quæadmodū Aristoteli in naturæ tractata varietate pro veterū Philosophorū reiectis, aut receptis opinionibus, pronunciare libuit contra receptum Academiacæ morē, cū ipse Peripateticā instituisset, ita nostris in sacris literis exponendis, vt de multis inuestigare diligentius, ita pronunciare de omnibus contra veterū scripturæ interpretū modestiā liceat. Cū Augustinus tamen in Paradiſi historia texenda nihil se temere affirmaturū dicat, quin & meliora afferentibus libenter cessurū: frequenter interim mones sine affirmandi temeritate querenda esse quæ non aperte scriptura loquitur, sicut in Paradiſi mentione: quem vt re ipsa esse non dubitat, ita locum eius ab hominum cognitione remotissimum esse credendum existimat. Et pientissimus ille scripturæ æstimator Ambrosius, in eo libello quem de Paradiſo scripsit, rem esse periculoso obnoxiam existimat, si quis etiam sciens certusque de Paradiſo indicaret: quapropter in solam allegoriam, & spiritalem captum fisus, locum quidem esse Paradiſum non negat: cæterum talem esse indicat, qui spiritu magis cerni, dum queritur, quam sensibus deprehendi queat. Ego sane cum Augustino libro super Genesim octauo, non dubitabam Paradiſum re ipsa locum esse, terram videbam, licet vbi habitaret homo terrenus, locum vtique amoenissimum, & fructuosis nemoribus opacatum, eundemque magnum, & magno fundo fœcundum, quem Augustinus alicubi latæ regionis terrā vocat: non raro admonens non posse eū non spatiōsum esse, sicut Iosephus locū vocavit refertū arboribus, virgultisque plurimis. Lactantius quoque. xiiij. cap. libri secundi, hortū fœcundissimum & amoenissimum, quem Deus in partibus Orientis omni genere ligni arborumque conseruisset. Porro Græcis ῥάγασθος hortus dicitur, Hebræis Ran dictus, teste Hieronymo. Vbi vero ille esset, edito ne ī loco, an humili, quā āpla, quibus terminis, quoque sub cœlo sita, nesciebā: quippe cū ne querendū quidē Augustinus existimaret, & cōr̄ceret inquirentē religione diuus Ambrosius. Tantū abest vt attigisse hactenus scopū credere debeamus, qui inquirere, & pronunciare sunt ausi: adeo diuersa pugnatiaq; cōmēti, vt nisi quis naso caret, odorari queat, quam nihil habuerint pēsi, quod deprōp̄fissent. Lōge illis mea sētētia cū iudicio & eruditione, tū singulari quadā animi moderatione vincētibus, qui in Petri Lōbardi libris interpretādis locū illū de situ Paradiſi, aut præterierunt inexplicatum, aut leuiter attigerunt. Demus autem vt Peripateticum sit singula excutere, & vilibet pronunciare, vt plane scire frequenter videantur qui pronunciant. Pij tamen & eru- ditiscri-

Aestu maris
ānes stagnat

Recentium
Th:ologorū
opiniones

Augustini
modestia.

Locus Para-
diſi a cogni-
tione boni/
num remo-
tissimus
Paradiſus
terrestris

EX SVIS IN MELAM COMMENT. EXPLANATIO.

Notæ

Diversæ de
Paradiso se
tentie.

Diuis Tho
mas:

Paradisus
prope Hiero
solyma

Paradisus
an sub undis
diluuij fuit
rit.
Moses

Coniecture

diti scripturæ interpretis fuerit, veterum ecclesiæ Doctorum vestigia sequi magis, quam ad Aristoteles diligentiam respicere: præsertim quod nusquam maiori laude fateri queas ne cire te quod ne scias: & sint quædam quæ nescire præletet, quædam etiam quæ sciri ab homine citra reuelationem non possunt. Ut ne dicam interim, quam foedum istud plerunq; temeritatis, & inscitiæ consilium sit, si quis aut vanæ gloriæ studio, aut arrogantis doctrinæ persuasione, scripture diuinitatem humanæ opinionibus vrgendam duxerit: quod ipsum ne quis vñquam ineat, non solum Augustini & Ambrosij grauis in primis authoritas iubet, sed publicus etiam studiorum consensus vetat. Iam, vt ad Paradisum reuertamur, sunt qui sub æquatore illum locent, sunt qui sub Cancri tropico quidam interim sub Capricorni sydere, quod ea terre pars præstantius influenti cœlo subfit: & conitetur, Aristotle teste videlicet, polum Austrinum sursum versus situm esse: nostrum vero, id est arcticum deorsum, ad mundi positionem respicientibus illis. Fuere præterea qui prope fortunatas insulas, sursum qui in Oriente statuerent, nulla amplius terre parteret, in qua illi Paradisi delicias non quæsierint. Multis etiam anxie contendentibus, ne credamus villo in loco arctici lateris sitam esse: etiam si sint, qui Hyperboreis clementissimi cœli auram tribuant. Porro & altissimo in loco situm contéidunt, ac ne hoc quidem modo pariter omnes. Sunt enim qui ad globū Lunæ attingere dicāt: sunt qui sub æquatore ad initium mediæ regionis aëris statuunt, vt scilicet ex refexione radiorum aduentante, amoeni loci delicias eximant. Alij sursum in parte infima supremæ regionis aëris locant: eosque modo factum aiunt, vt nec diluuij vnde attigerint, neque hodie imbres, & reliqua cœli iniuria illic desæuant. Quibus alijsque cogitandis sententia Bedæ presbyteri occasionem, puto dedit: hic enim sine villa aut scripture, aut veterum autoritate ad Lunarem globum attingere Paradisum credit. Quod alijs ad historiam referentes constanter negant: alijs doctius, velut diuus Thomas primæ partis eius operis, quam summam vocant, secunda & centesima quæstione ex Isidoro, a Beda ita dictum videri ait: non quidem propter fitus eminentiam, sed similitudinem quandam ob perpetuam aëris temperiem, quæ in Paradiso esse credatur. Idem Thomas nihil alioqui de situ, aut altitudine ex sua sententia afferens, tantum ait credendum esse Paradisum in loco temperatis simo constitutum, seclusum etiam a nostra habitatione, aut motuum mariumq; obstaculo, aut æstuose regionis tractu, quæ pertransfiri nequeat. Quod vt scripture autoritate probare nequit, ita intra coniecturæ limites relinquat necesse est. Memini vero me nō ita pridem magni nominis Theologum, cuius recentissimi extant in Lombardum commentarij, in ea sententia deprehendisse, vt diceret Paradisum prope Hierosolyma in terra promissionis ad Orientem probabiliter statui: nec esse vt Sanctis aliquot diuersa sententibus fidem adhibeamus, quando sine scripture testimonio sua tantum prodiderint, causa etiam cur ita sentirēt, non redditia. Idem pater, Tigris, Euphratis, Gangis, & Nili nomine, alios quosdam ab his annibus, quos Augustinus censet, intellecturus erat, nisi adeo constantem Sanctorū de prædictis annibus opinionē inualuisse animaduertisset. Quod certe vel hac de causa retulerim, ne quis mihi alicubi dubitanti molestus esse perget, quando ne huic quidem vel exprofesso Theologo grauissima Augustini sententia satisfecisset. Iam quod ad diluuij vndas attinet, non video quo scripture testimonio illud obtineri queat, vt opus habeamus credere diluuij vndas Paradisum terrestrem non obtexisse: cum Moses Genesis. viij. capi. interprete Hieronymo, in hæc verba referat: Porro arca ferehatur super aquas, & aquæ præualuerunt nimis super terram, opertique sunt omnes montes excelsi sub vniuerso cœlo, quindecim cubitis altior sunt aqua super montes quos operuerat. &c. Quibus verbis vniuersam terram, & omnes montes sub aqua fuisse manifeste indicat, atque ita sane accipit huc locum, & defendit ultimo capite de cimicunti de ciuitate Dei diuus Augustinus. Sed ita fieri potuisse ait, vt undarum illuuiem Deus a Paradise coercuerit. Hoc est coniecturis agere, non scripture. Denique neque verax hoc modo Moses historia fuerit, omnes sub vniuerso cœlo montes opertos fuisse afferentis: vt pro scripture fide prope necesse sit, aut soli allegoriæ relinquere locum Paradisum in cœlo quærenti, quo modo fecit Ambrosius, quod certe ab historiæ Mosaicæ decoro alienum fuerit: aut cum Mose dicere terrestrem Paradisum, hoc est terræ habitatæ tractum amplum, qui Adam recens creato ad inhabitandum destinatus fuit, vndis diluuij obrutum fuisse. Quid autem obsit quo minus ita sentiamus? quando Adam foedere Paradisi violato, omnem hominem eius decore, quæ maledictio abstulerat, priuavit: & immortalitatis contempta lege, ac mandati transgressione, spiritalem voluptatem, quæ in obedientis animæ beatitudine sita erat, alteram scilicet voluptatis Paradisi partem amiserat: & gravis mortalitatis iugum mundo præuaricatus, & carni nobis, qui sua sumus proles, imposuerat. Postremo Cherubin & flammeo illo gladio, ac versatili inter nos, nimirum a spiritu ad carnem perfugas, ac terrenis illecebris delibutos, & lignum illud communionis vitæ æternæ ad custodiā interposito, particeps esse cœlestium bonorum amplius non poterat. Ac mihi quidem contemplati sæpe visum est, eum terræ habitatæ locum, in quo Christus saluator homo factus, natus, in quo captus, & pro nobis passus est, qui defixam in vili terra crucem domini, erectamq; salutis mercem pansi brachijs, & tenso corpore in altissimi mysterij consummatione sustinuit, non paulo sanctiore, præstantiorem, & memorabiliorem esse eo ipso, in quo Deus Adæ, si modo operatus fuisse, & custodijset, incomparabilem Paradisi voluptatem adparasset. In hoc enim violatum præceptum fuit, in illo consummatum: in hoc peccati catena fabricata per hominis lapsum, in illo sursum alli-

IOACHIMI VADIANI LOCORVM ALIQVOT

gato serpente,id est Lucifero,Christo nato disrupta est: & in hoc quidem mors falsis consilijs admissa,in illo veraci re promissione vita restaurata. Porro sicut illic per inobedientiam vnius hominis,velut dixit Paulus,peccatores constituti sunt multi;ita hic per obedientiam vnius hominis iusti constituuntur multi. In hoc tantum huic cum illo conuenit,quod ubi semel in primo homine lapsus est omnis homo nunquam labi & peccare desinimus;neque unquam tantum vacat,vt carnis & sensus imperio non regamur. Hoc solo bono firmiores,quod celestis Paradisus (solus hic supererat) qui post Adam lapsum clausus erat,Christo moriente & resurgentem reclusus est. Et patet hodie peccatori poenitentiam agenti ad felicitatem via,que nullis antea virtutibus, nullis meritis eas lucubrabilis erat. In hanc sententiam pedibus it diuus Chrysostomus super illo Matthaei,xviiij. Domine quoties in me peccabit frater meus.&c. homilia septuagesima quinta, Dei in nos collata beneficia commemorans: Omnia, inquit, propter nos creauit visibilia, coelum, mare, terram, & quae sunt in eis, omnia animalia, plantas, semina (opus est enim succidere propter immensum operum pelagus) immortalem nobis animam viuentem ex omnibus, que sunt super terram, inspirauit: plantauit Paradisum, adiutorium dedit, omnibus praefecit brutis, gloria coronauit & honore. Mox effectum in benefactorem ingratum maiori dignum munere censuit. &c. Et paulo infra: Postquam enim ex Paradi so proiecit, & illis innumeris affecit bonis, & infinitas instituit dispensationes: suumque misit filium pro affectis beneficio, licet exosis, coelumque nobis aperuit, & ipsum patefecit Paradisum, & filios instituit inimicos & ingratis: propterea nunc opportunum est dicere: O altitudo divitiarum sapientie & scientie Dei. Huc usque Chrysostomus, manifeste testatus munus redemptoris nulla in parte inferius fuisse munere plantationis Paradisi: quinetiam patefactum Paradisum ait, tanquam terrestri illo abdito, celestem hortum sanguine Christi repastinatum, ad colendū nobis relictum esse intelligere debeamus. Locum autem, quem ad docendum & humanū genus redendum Christus elegerat, frequenti hominum, atq; utinam non rebellium & Ethnicorum habitatione aspersum cum videamus: quid prohibeat & illic homines habitare, vbi terrestris Paradisus a mundi initio plantatus fuit? Eit enim locus terrenus Paradisus, ceterum talis, vt que spiritalia fuerunt, & inuisibilia, in eo capienda longe terrenis antecesserint: sicut in fidei nostre cardine magis, que spiritus sunt voluntur, quam que carnis aut sensus. Nec sensibus obvia tantum in Mosis historia referuntur, sed præter Allegoriam, celestia quoque & spiritalia, que nullus capiat sensus, nedum vt ylo sermone recte accipi queant, nisi spiritualis ille sit, & reuelationis conscius, per que modestissime tamē indicare Paulus magis, quam explicare que viderat, voluit. Doctissime igitur Augustinus libro super Genesim,viiij. cum diuersam esse scriptorum de Paradi so traditionem indi casset, multis corporaliter, plerisque spiritualiter tantum eam intelligentibus, mox subiungit fuisse, qui Paradisi historiam alias corporaliter, alias spiritualiter intellexerint: breuiterque inquit, vt dicam, tertiam mihi fateor placere sententiam. Eodem in libro ostendit non parum multa in Paradi so etiam si re ipsa extiterint, magis tamen spiritualis historię sacramenta quædam fuisse, velut lignum vite in medio Paradi so, quod sapientiam interpretatur: que utique vita est amplectentibus eam, vt sapiens dixit. Hoc modo David virum iustum, sicut diuus Hieronymus interpretatur, arbori uite, que in Paradi so est, comparans, inter ceteras virtutes hoc etiam intulit: In lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Quod certenori mepte quadrat ad hoc quod scriptura dicit, Deum Adam posuisse in Paradi so, vt operaretur, & custodiret. Etiam Augustino, qui iam citato libro hoc inter cetera (ne quis male Allegorię fidat) docet, Deum sine mysteriis rerum spiritualium corporaliter presentatis hominem in Paradi so agere noluisse: vt quemadmodum in arboribus ei ceteris alimentum fuerit, ita in illa vite, itemque in alia dinoscientie boni & mali, etiam sacramentum esset. Porro in ligno dinoscientie boni & mali precepti transgressionē figurata fuisse ait, non unquam ligatio datam, vt ne de fructu quidem aut pomo quicquam huiusc efficaciae fuerit: sed ab ipsa magis re, que secutura erat, si quis lignum contra vetitum tetigisset. Id quod Lombardus distinct. xvij. secundi variarum sententiarum, ex Augustino mutuatus tradidit. Præterea idem ab initio nouæ legis Paradi so mentionem factam quidem a Christo & Paulo, sed spiritualis. Nam quod Christus latroni dixisset: Hodie tecum eris in Paradi so Lucæ.xxiiij. fatetur Augustinus videri sibi latronem de cruce missum in Paradi so spiritalem, longe alium a terrestri illa mansione, que Ad eum preceptum seruatore plantata erat, quanquam non facturus est, vel de corporali negotiis: modo quis ostendere argumentis non leuibus queat, animas a corpore exutas locis corporaliter visibilibus contineri posse: quod adeo ipse cognitus difficile iudicauit, vt pronunciare noluerit. At Origenes homilia. xiiij. in Ezechiem hunc Lucæ locum tractans, terrestris Paradi so non meminit. Paulus autem cap. xiiij. posterioris Epistole ad Corinthios, scribit se se fuisse raptum ad tertium coelum, & in Paradi so, vbi audierit arcana verba, que homini profari non licet. Quae verba ad Paradi so spiritalem, hoc est tertium coelum, & beatitudinis sedem referenda esse, peculiariis hodie Theologorum sententia confirmat: etiam si diuus Augustinus leui passu per omnē Geneseos interpretationem, nequid temere assertuisse posteritati videretur, incedens, decernere noluerit, tertio ne in coelo Paradi so a Paulo nominatus existeret, an verisimile fuerit, prius in tertium coeli Paulum, mox in Paradi so raptum. Quam tamen Augustini divisionem sunt qui argutorem esse arbitrentur, quam simplex & aperta Pauli sententia ferat; nec terrestrem, sed spiritalem intel ligant:

Chrysostomus.

Notæ.

Augustinus.

Lignum vite.

Paradi so in noua lege.

Paulus.

EX SVIS IN MELAM COMMENT. EXPLANATIO.

ligant: quod codices tam Græci quam Latini indicent arcana verba in Paradiso audisse Paulū, quæ profari non liceret. Ita diuus Ambrosius Pauli ante citatum locum exponens, cum eum ultra omnia mundi sydera dubium in corpore an extra raptum fuisse dixisset, demum sic infit: Bis sera p[ro]pt[er]um dicit, id est hinc usque ad tertium cœlum, deinde in Paradisum cœlestem: in quo lationi dixit dominus, quod futurus esset cum eo in Paradiso inquit patris illic, ubi ciuitas dicitur, & Hierusalem mater nostra. &c. manifeste indicans se in Paradisum terrestrem non intelligere raptum Paulum. Athanasius quoq[ue] in secundam ad Corinthios sic de hoc raptu. A tertio, inquit, cœlo in Paradisum sum raptus. Sublatus est igitur in Paradisum, ne in eo fruendo inferior cæteris Apostolis esset, qui cum Christo iam versarentur. &c. Ecce Paradisum intelligit, in quo Christus agit, apud quem nostrę beatitudinis locus erit. Ita sane & Lactantius Firmian. capi. xiiij. libri secundi, Tum Deus, inquit, elecit hominem de Paradiſo, sententia in peccatores lata, ut victum sibi labore conquirerent: ipsumq[ue] Paradisum igne circumuallauit, ne homo posset accedere, donec summum iudicium faciat in terra, & iustos viros cultores suos in eundem locum morte sublata reuocet. &c. Constat autem in cœlos nos reuocatum iri, ut non aliud quam cœlestem Paradisum superesse horum testimonia indicent. Et Adam e Paradiſo eiectum hac quoque parte Lactantius innuit, quod cœlestium rerum communione priuatus erat, quam deum Christo redimente retinuimus. Ut cūq[ue] constat Augustino authore libro super Gen. xiiij. verbo translato omnem spiritalem regionem, ubi anima bene sit. Paradisum vocari posse: ut non tertium cœlum tantum, quicquid illud est, quod profecto magnum, sublimeque, & præclarum est, verum etiam in ipso homine lætitia quædam bonæ conscientię Paradisus sit. Proinde Ecclesia, inquit, in Sanctis temperanter, & iuste, ac pie viuentibus Paradisus recte dicitur, pollens affluentia gratiarum, castisq[ue] delitijs, in tribulatiōe gloriam, in patientia gaudium querens. Qua de re aliquot adductis scripture locis Ambrosius agit ad Sabinū scribēs, libr. Epistol. sexto. Et quoniam certo scire nequibat Paulus an in corpore, an extra corpus in tertium cœlum raptus esset, non video quid adeo horum sententiam refellat, qui Heliam in cœlum raptum suspicantur, sicut quarti regnum secundo capite scriptura testatur, & quinto capit. Genesios tradit Moses Enoch a Deo sublatum non apparuisse amplius: nulla aut hic, aut illic terrestris Paradiſi, ac ne Paradiſi quidem mentione facta, nisi idem cœli & Paradiſi nomine intelligendum esse putamus. Sed obijcis mihi Ecclesiastici. xluij. caput, in quo dicitur: Enoch placuit deo, et translatus est in Paradisum, ut det gentibus sapientiam. Respondeo me locum agnoscere, verum quem eo ipso in loco Paradisum intelligat dubitari posse iustissimis argumentis. Quorum primum est, quod Ecclesiasticum in suis sapientiæ præconijs Mosen imitatum esse constat, sicut & regnum liberos, & Prophetas non paucos, ex quibus velut racematione quadam, sui operis materiam desūpsit. At vero Moses in Enoch historia Paradiſi non meminit: & capite. ij. quarti regnum, ubi de Helia, cœli mentio fit, non Paradiſi. Accedit ad hoc, q[uod] diuus Hieronymus in prologo historiæ regum, librum Iesu filij Sirach, qui thodie Ecclesiasticus appellatur, in Canone recepte a veteribus scripturæ non esse constanter asseuerat. Magis igitur placet, ut verbi translatione in Paradiſi voce locum spiritalem, siue aéreum, ubi homini iustitia delibuto bene sit, intellexisse Ecclesiasticū existimemus. Sicut alibi eodem, ut videtur, tropo vsus, xli. capite, Gratia, inquit, sicut Paradisus in benedictionibus, & misericordia in seculum permanet, & iterum: Timor Dei sicut Paradiſus benedictionis. &c. voce ad spiritualia translata. Augustinus autem cap. xix. libri. xv. de ciuitate Dei, scribit in raptu Enoch figuram fuisse resurrectionis Christi & nostre. Quod si est, a terris eleuatū magis quam in terram translatum esse verisimile fuerit. Porro sancta Mosis historia, ut Enoch in terrestrem Paradiſum translatum intelligamus, non permittit: nisi impie aliquis manifestum eius sensu detorquere velit. Omnem enim terram tempore diluvij sub vndis fuisse Moses assuerat, & ante diluvium raptum esse Enoch idem scribit. Proinde libenter fatebor nescire me, quem in locum rapti sint Enoch & Helias, in consolationem gentium & Iudeorum asseruati prophete, etiam si in Paradiſum terrestrem raptos non existimem: idque citra periculum, puto, aut impietatis aut ignorantie fecero. Nec me offendit, si constare queat hos sanctos viros eo tempore, quo raperentur, cœlesti beatitudine propter primi parentis prævaricationē perfugi non potuisse. Mediis enim locus est Augustino, præstantior Paradiſo, & cœli mansione inferior, in quem Enoch & Helias transferri potuerint, Mosis hoc modo historia incolui. Sed Augustinum adducamus, qui libro super Genesim nono, de loco delitarum, in quem ut meliorem e Paradiſo homines iusti & innocentes trāferri potuerint, aperte testatur se non sentire, aut Enoch aut Heliam in terrestrem Paradiſum Ad plantatum olim, fuisse translatum, & inter cætera: Neque enim arbitrandum, ait, Heliam vel sic esse iam, sicut erunt sancti, quando peracto operis die denarium sunt accepturi pariter: vel sic quemadmodum sunt homines, qui ex ista vita nondum emigrarunt, de qua ille tamen nō morte, sed trālatione migravit, iam vtiq[ue] aliquid melius habet quam in hac vita posset. Hacenus Augustinus: qui nimirum hoc agit, ne credamus Heliam in ea esse felicitatis conditiōe, in qua sancti futuri sūt, cum accipiunt laborum mercédem. Quam suspicionem facile haud dubie amoliri potuisset, si in eū Paradiſum, in quo Adam fuit, trālatum Heliam dixisset: quod quia non dixit, ne sensisse quidem eum verisimile fuerit. Eiusdem libri loco alio clarius: Si Enoch, inquit, & Helias in Adam mortui, mortisq[ue] propaginem in carne gestantes, quod debitum ut soluant, creduntur etiā reddituri ad hanc vitam,

Ambrosius,

Athanasius,

Lactantius,

Paradiſus
multiplex

Helias in cœlum raptus.

Enoch ras-
plus.
Ecclesiasti-
cus.

Hieronymus

Nota

Augustinus

IOACHIMI VADIANI LOCORVM ALIQVOT

vitam, & quod tamdiu dilatum est, morituri, nunc tamen in alia vita sunt, vbi ante resurrectionem carnis, antequam animale corpus in spiritale mutetur, nec in orbo, nec senectute deficiunt: quanto iustius atque probabilius primis illis hominibus praestaretur, sine ullo suo parentum q; peccato viuentibus, vt in meliorem aliquem statum filiis genitis cederent, vnde seculo finito, cum omni po steritate sanctorum in angelicam formam, non per carnis mortem, sed per Dei virtutem multo felicius mutarentur. Vides? asseuerare Augustinum Enoch & Heliam in loco quodam, vbi eis bene sit, agere credidisse, in qualem & Adam & posteri, si in innocentia persistissent, e Paradiso terrestri genitis filiis transferri potuissent, atque inde in fine seculi demum in angelicam formam mutari.

Paradisus quid?

Quod si hos in hortum terrestrem translatos existimasset, hoc certe Enthymemate usus non fuisse: præterea breviter in Paradiso esse eos dixisset, quod non fecit, etiamsi Ecclesiastici more vel hunc locum Paradisi nomine donare potuisset. Porro, xix. cap. libri de ciuitate Dei. xv. vbi de translatione Enoch, Paradisi non meminist: sicut nec in Heliæ historia penultimo capite vigesimi libri, Et Ambrosius ad Horontianum libro Epistol. sexto, Helias, inquit, in terris vicit, in celo triuphauit. Qua de re vt impi fortasse fuerit, liberius affirmare quicq; ita sane digna ea est, quæ p scriptu re reuerentia, & absconditissima consiliorum Dei ratione, in dubio relinquatur. Nihil enim ad nos, si quos ita manere voluerit, donec sit venturus. Ut igitur ad terrenum Paradisum reuertamur, fateor in illa me, cum in Pomponium commentaret, de Paradiso nec impia, nec aliena adeo a scriptura sententia fuisse, Paradisum videri tractum amplissimum, & iustum habitabilis terre parte, cui a principio Deus benedixisset, & in habitationem selectam in Oriente Adamo de limo terræ formato reliquisset: in quo quidem priuatim illi lignum ostenderit vite, & dinoscendi boni ac malii, spiritualium bonorum sacramenta, & immortalitatis alimenta quædam e coelo profecta: ac solidi innocentie, quam originalem iustitiam nostri vocant, plantata. Minime vero conuincere, vt angustum fuisse intelligeremus, cum Deus (scriptura testante) dixerit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus coeli, & bestiis, vniuersæque terre, omnique reptili, quod mouetur in terra. Quibus verbis nondum creato homini, imperium quoddam in mare, terras & animalia a se creata, iam tum Adæ & progeniei sue, pro innocentie etiam statu, & præcepti reuerentia constituisse Deum convincitur. vnde primus homo etiam Ambrosio ~~co~~ ^{mo} poli regis dictus est, hoc est mundi ciuis. Accedit ad hoc quod nomenclaturam omnium animantium terre & volatilium coeli Adæ in Paradiso voluptatis posito obtulit Deus: manifesto argumento, quod ea ipsa hominis causa creasset, quodq; in ea longe lateq; parsentia hominis potestas eximia futura esset: non lapsi tantum & inobedientis, cum illa omnia creatorem destinasse scriptura indicet, antequam Adæ præceptum daretur, sed in innocentie etiam statu posito, in qua numerum, si Dei voluntati magis quam suæ parere voluisset, persistissent, propagatio locutus. An vero, si quis caecus est mente, vt non cernat quanto terris ornamento sit genus humani, etiam cū a paucis recte laudabiliterque viuatur. &c. Et paulo inferius: Quis autem ita sit ex corde (ait) vt putet eam minus ornari potuisse, si iustis non morientibus impletetur? Ecce fatetur Augustinus etiam iustis innocentie statum seruantibus terram implendam fuisse. Ita Ambrosius ad Horontianum libro Epistol. vi. hominem postremo creatum scribit, vt subiectas haberet omnes mundi opes, omnia volatilia, terrestria, etiam pisces, & usum maris, tanquam ex elementorum, ac sine labore, sine indigentia, ad imitationem & similitudinem venerandi authoris, abundaret omnibus, atque in summa degeret copia, & vias sibi aperiret, gradusq; admoueret, per quos ad coeli ascenderet regiam. &c. Item Lactantius libro. iij. Deum Adæ foeminam iuxisse scribit, vt propagata sobole omnem terram multitudine opplerent. Fuit ergo Paradisus terrestris nil aliud quam terra longe lateq; homini iusto ad inhabendum disposita in Oriente: ne quis hortulum fuisset. Paradisum putet, præcelsis munitum mœnibus, velut pictorum tradit licentia, & amiles referunt fabellæ. Proinde quoniam ex fide scripturæ possessio terre, repletio, & subiectio diuino verbo Adæ & suis promissa esset cum benedictione, vt capite primo Genesis legitur: non dubium videbatur Paradisum a principio plantatum, eximium quædam locum habitabilis, vt dixi, terre, non angustum, nec difficili secessu secretum, nec adeo elevatum in aërem, sed loco quopiam quo hodie frequens etiam mortalium habitatio existeret, intra quatuor amnum, quos nominat Moses, capita longe ac late patet. Idq; ipsum verisimile fecit, cum memorata hodie Syrie, Indie, & Aegypti fertilitas: a qua estimari etiamnum possit amoenitas, qua germinauit Paradisus antequam in opere Adam lapsi terram maledixisset Deus. Tū vero maxime nota ex Hebraica historia vetustissimatum gétium, & primorū hominū ab India & Assyrie Babylone memoria, quæ omnia Paradisum Orienti non possint non tribuere. Quid si quæ illic loca postea aut calore adurente deserta facta, aut siccitate & squalore harènē inhabitabilia redditæ sunt, nil offendit, cum tanta temperie & clemetie aëris scriptura non faciat mentionem. & alios qui non ambigendum esse videbatur, quin tempore benedictionis diuini verbi omnia tēperata amorenaq; & quemadmodum veteres Poëti de auro illo Saturni seculo meminerunt, perpetuo vestita vere fuissent: inox peccato ingruēte, & præcepti neglecta reuerentia, spinas & tribulos terram ger minare

Augustinus.

Note.

Ambrosius.

Lactantius.

Note.

EX SVIS IN MELAM COMMENT. EXPLANATIO.

minare coepisse: cætera præterea elementa, quando vsi esse homini miseriæ relicto cœpissent, a sua quoque non nihil puritate defecisse. Quod ipsum vel Iosephi verba libro antiquitatis Iudaicæ primo testantur, sic interprete Rufino: Deus autem Adam victimum cōsilio mulieris, poenæ subiecit, præcipiens terræ ne quicquam eis sponte proferret, sed laborantibus, & operatione contritis alia quidem fructus daret, alia denegaret. Quanquam propter alimētum ligni vitæ, cum dono immoratalitatis Adam & Eua perfruerentur, nullam intemperiæ, quam alicubi natura suis acta legibus efficeret, molestam esse potuisse verisimile est. Hæc monendi tantum gratia dico, non nescius quidem quam pleriq; de rebus ad Paradisi historiam attinentibus, nullis veterum testimonijs mixtis, nulla ratione persuasi, ac ne coniecturis quidem satis attinentibus moti, præfidenter assuerare q̄ monere maluerint, quos equidem nihil moror, tantum id non ambiant, vt quæ sua sunt, scripturæ esse, & sacræ historiæ credere opus habeamus. Augustinus certe libro super Genesim primo, quæ in scriptura ambigua sunt, & salua fide alias atq; alias sententiæ parere possunt, præcipiti affirmatio in alterutram partem non esse trahenda docet. Nanque euenire non raro videmus, vt diligenter scrutinio indagata veritate, illi diuersa tradendo, fateri cogantur non scripturam se diuinā, sed humanam ignorantiam prodidisse. Sane fontem istum seu fiuum de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum egressum, & mox diuisum in quatuor capita, Oceanum esse arbitrabar, occulis meatibus terram subintrantem, & passim amnum venis erumpentem, vberè in terras fertilitate inducta. Hic enim ille est fons, qui cum Deus super terram nondum pluisset, e terra ascendebat, testante scriptura, & vniuersam terræ superficiem rigabat. Hic est fons, quæ diuersis regionibus terrarum scaturire, quem præaltis etiam montibus erumpere veteres tradiderunt, artifice natura a quarum copiam in hunc non temere usum ordinante. Quam etiamnū videmus rigadę terræ gratia (quis enim imbris omnia inundarit?) ingentes sinus in terram immisisse, velut a Borea Caspium, ab Occasu nostrum mare, a Meridie Arabicum, Perficum, Gangeticum, & illum, qui magnus sius Ptolemæo cognominatus est: non alia magis causa, quam vt fluminum vi adiuncta propius, edēdo pabulo, & mouendis frugibus, nec animalibus plane, nec homini deesset. Vnde & Damascenus, non tam doctrinæ præstantia quam sanctimonij fama clarus author, nono cap. secundi libri, Oceanum delabi per terram putat, eoq; fluxu dulcorari etiam, & alicubi fluuiorum esse authorem: vt hoc modo Oceanum non Oceanum, sed fontem amnum, & dulcem, & magnum appellare rectissime queas. Porro nec is locus refragatur, qui apud Ecclesiasten legitur: Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant. Ambrosius autem manifestiori sententia libro Epistolarum sexto ad Sabinum Episcopum scribens, Iosephus, inquit, vtpote Historiographus Paradisum dicit locum refertum arboribus, virgultisq; plurimis, irrigari etiam flumine, qui diuidatur in quatuor flumios. Collecta etenim in vnum congregatione aquarū, non se penitus exinanivit terra, & fraudauit irriguis suis: sed hodieq; in fontes prorūpit, & deducit meatus fluminum, quibus pignora sua quasi pia mater plenis lactat vberibus. &c. Quibus verbis diuinus ille scripturæ interpres indicat, aquis in suum locum segregatis terram nihilominus partem sibi vndarum vendicasse, qua amnibus alimenta subderet. Has autem vndas & ab Oceano latētibus, vt dixi, venis ingredi verisimile est, etiam si non sit obscurum alias quoque amnum fontiumq; causas, quo minus deficiat, existere. Sed Iosephi verba libro antiquitatis iudaicæ primo, quæ explicauit Ambrosius, interprete Rufino hec sunt: Rigatur vero hortus hic ab uno flumine circa omnem terram vndique perfluente, hoc in quatuor diuiditur partes. &c. Iam doctrinarum fons Homerus libro Iliados. φ. fontium amnumq; parentem Oceanum esse scriptum reliquit. Consentanea veterum, & recentiorum frequenter, inq; primis Alberti nostri sententia. Quid autem obsit candide lector, quo minus fontis nomine, dum amnes fundit, censeri Oceanus debeat? Sed alienū esse a scriptura sensum hunc ais. An minus alienū non a scripturæ tantum sensu, & historiæ etiam gratia putes, quod sint qui sub concauo orbis lunę quatuor magnorum amnum fontem quærunt? qui in media aëris regione, supraq; eam scaturiginē esse Tigris & Euphratis, Gangis & Nili existimant, interim alijs iam ab ortu, alijs a meridie, porro nonnullis a Septentrione etiam & Austro immanium fluuiorum fontes quærerentibus. An vero nescire potes, diuinam prouidentiam, vt elementis remotioribus, ita Oceano terris proximo, & vult regnorum participatiōe quadam, decretis limitibus innixo, id inter cætera tribuisse, vt terræ, quæ suapte natura sicca atq; arida est, nativi humoris copiam subministraret, vt amnibus alijs atque alijs productis, quibus temporariæ alioqui aut niuibus liquatis, aut hymbris obortis incremēti causē forent, rorem fœcundi foetus aspergeret? Fluuius igitur scaturiebat de loco voluptatis, in quatuor diuisus capita: quatuor emi Orientalis & meridiani lateris potissimos amnes Moses nominavit, quibus Paradisus allueretur, non quod alibi frequentes amnes non funderet fons ille altissimus, de quo modo diximus, sed quod hanc illi potissime terram rigarent, quæ non Adē solum, & Euē, quos angusto loco quopiam custodiisse verisimile est: sed & posteris quotquot in innocentiae statu futuri erant, destinata fuerat. Porro quo in loco fons ille extet, inundetq; incertum est: multis enim a partibus habitabilis nostræ irrumpit, vt diximus, Oceanus, & vt Physici tradunt, mutari marijum terras introitum contingit: quanquam Ambrosius certos limites ex testimonio Job, vnde Oceani statutos tradit. Quod si coniecturam non audacem nec alienam sequimur, & remotissimæ yetustatis placita depromimus, in hanc certe sententiam inuitamur, vt penitissime terras intrantem

Augustinus

Fōs Paradisi

Damascenus

Ambrosius

Quatuor ea
pita fontis

IOACHIMI VADIANI LOCORVM ALIQVOT

Caspis s/
nus.

Not^a.

Indus & Ni
lus ijdē olim
crediti.

Cur Indum
Moses p̄a/
tererit.

Aethiopis.

Hortulus li/
gni uita
ignoratur.
Damascena
regio.

Daphne:

Ezechiel.

trantē Oceani sinum fontis loco intelligamus, cū primis autem Caspiū siue Hircanū: quē seorsum mare esse, nec ab Oceano evidentē illapsu deriuari veteres, authore Plinio & Strabone, crediderunt. Quod si ita fuisset nimirū insignis ille fons foret; ita tamen vt occultis Oceani meatibus ædī tum, rursum occultis meatibus diffundi, & amnes parere eum intelligeremus. Nūc vero cum ex recentiorum traditione Caspium ab Aquilonari Oceano angusto meatiū fundi constet, & in eum omnium testimonio amnes maximi circunquaq; illabantur, maris vndis nihil interim auctioribus factis: quis non credat occultis illum meatibus dilapsum amnium in alias oras exeuntium authorē esse posse? Proinde, ne quis indigna fide comminisci me sibi persuadeat, fuere qui Caspium sinum cum Euxini maris vndis subterraneis cauernis coire (magnō argumento per occultos meatus ex euntis Hircani) prodiderint. Qua de re quatuor patentissimos amnes, Gangem, Indum, Tigrim, & Euphratem fertilissimam omnium terrarum oram rigantes: tametsi immanibus Tauri iugis ingentem aquarum vim desumere non sit dubium, augeri tamen & occultorū meatuum commertio, inde originem tanq; ex fonte deriuare, nec a naturę potentia, nec a veterum traditione abhorret. Demus autem vt ita non esse manifestis argumentis conuincere possis: non statim consequens est, vt horum amnium partem sub terra desfluxu Oceani augeri non posse credamus. Sed de Indo, inquis, Moses nō meminit. Geon enim vt Augustinus lib. octavo interpretatur, Nilus est per omnem Aethiopię terram fluens. Agnosco equidem Augustini interpretationem. Constat tamen aetustissimis, adusque Alexandri & Artaxerxis tempora, dubitatum fuisse diuersusne esset a Nilo Indus, an idem amnis, id quod Aristoteles scriptum reliquit, & libr. decimoquinto memorie prodidit grauis in primis author Strabo, vt rerum & humanarum, & diuinatum peritissimum pastorem Mosen, ea causa Indum præterisse existimare debeamus, quod populari suorum temporū historia in Nili nomine Indum comprehendendi videret: & quanquam diuersos amnes esse nouisset, populari tamen opinioni primordiorum mysteria subdere voluerit: quādo & angelicę naturę creationem rudibus tantum, & vulgo expositis creatiōis verbis subdiderit, nihil nominatim admonēst: & tacuerit non pauca, ne quod Ambrosius ait, cœlestis dispositionis se arbitrum & cōsiliariū præstate videretur. Porro in Aethiopię nomine sunt qui Indię partē intelligent, & Aethiopes dictos a veteribus, qui in India sint, velut honoratus Grammaticus Seruus prodidit. Cæterum quo in loco harum regionum Deus optimus maximus arborem illam, cui vim corporeę vitę retinendę indiderat, plantauerit: quoque in agello lignum dinoscendiæ boni & mali, ad cuius signū Adam præcepti moneretur, seuerit: credo cum Augustino a cognitione hominum remotissimum esse: Etiam si sciām esse, qui de Damascenę regionis amoenitate suspicentur, tum quod in ea iuxta Libanum montem postea vrbs fuit Plinio & Ptolemæo Paradisus dicta: tum etiam quod Eden, hoc est delicias, siue, vt septuaginta interpretati sunt, voluptates, ibi esse vetus historia tradiderit, vbi a Caym postea Enos vrbs extorta fuerit. Quibus accedit, quod locum supra Antiochiam Libanum versus Daphnen etiam latina vocat historia, amoenitatis visendæ, vbi Romanas cohortes quandoque usque ad perniciem voluptuatas constat. Cæterum quo minus cum his sentiamus, Augustini facit authoritas: nec facile amplius locum illum quispiam ex corporalium delitarum vbertate deprehēderit, qui diuinus esse post peccatum primorum parentum desierit, fructu illo immortalitatis nimis evanido, in cœlum redactis perpetuę vitę seminibus. Credimus autem ea omnia in Paradiſo, quæ ad animi voluptatem attinuerunt, terrenis & sensui expositis incōparabiliter præstantiora fuisse, quæ mox desississe verisimile est, quando homo Dei per peccatū, hoc est, vt Ambrosius ait, prævaricationem diuinæ legis, & cœlestium inobedientiam præceptorum, violato innocentia statu, cito rebellioē amiserat. Vt locum quidem, vbi decore ornatus Paradisus fuit, etiamnum insigne esse intelligere debeamus: Paradisum autem non esse, qualis fuerat, sed decorem amisisse, cum ille præceptū non retinuisset. An non Prophetæ Ezechiel cap. xxxi. Cedrum illum Libani arboribus Paradiſi comparans, omnium ita meminit, vt fuisse magis quam esse intelligi queāt? Cedri, inquit, non fuerunt altiores illo in Paradiſo Dei, abietes non adæquarunt summitatem eius, & platani nō fuerunt æque frondibus illius: omne lignum Paradiſi Dei non est assimilatōn illi, & pulchritudini eius, quoniam speciosum feci eum, & multis condensiq; frondibus, & æmulata sunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erant in Paradiſo Dei. &c. Erant, inquit, non sunt, ad præterita desitaque referens. Porro scimus Adam & Euam euestigio post fructum vetitæ arboris degustatum pudere cœpisse, timereq; & fugere: vt eo ipso momento Paradiſi illos delicias in loco amoenissimo alioqui, & cœlesti adhuc fœcunditate vernante, perdidisse non possis non asserere, gladio nimis ultionis Dei tenui de filo in horum vertices dependente. Status enim innocentia, & ea iustitia, quam originalem Theologi nostri vocant, veras illas Paradiſi delicias in communicatione ligni vita & sapientia efficiebat. quod illud Ezechielis quoque confirmat ex capi. xxviiij, quando ait: Tu signum multitudinis, plenus sapientia, perfectus decore, in delitijs Paradiſi Dei fuisti. &c. Quem locum diuus Ambrosius cap. ij. de Paradiſo, ad Diabolum refert, quem & ipsum in Paradiſo deliciarum fuisse constat. Lapsis ergo nullus amplius terrenus Paradiſus voluptati erat, vrgēte in dolorem conscientia, & rebellionis scelere, quo creatorē offenderant, magnam delitarum partē obturbante. Etenim quod cœlestē erat, quod gratiae Dei, quod munificētiae incōparabilis, id prope universum amiserant: & merebantur ob superbiam, quemadmodū & mali angelī, in aeternum perire. Seruat

EX SVIS IN MELAM COMMENT. EXPLANATIO.

uati tamē imperscrutabili diuinę prouidentię consilio ad salutem sunt. Lucifer enim sponte ceciderat, Adam Eua seduxit, Euam serpens lubricus persuaserat; itaq; non tam sibi superbia, quam nobis inuidia, dum aliena huic felicitas molesta eit, callidus Dæmon nocuit. Sed Iosephum citare libet, qui libro antiquitatis Iudaicę primo, Deum ad Adam præuaricatum sic loquentē facit, interprète Rufino. Mihi quidem de vobis notum est, quęadnōdum felicem vitam extra omniū malorū passionem habueritis, nulla sollicitudine animum vestrum conturbante; cum vobis sponte ad fruendū, & ad voluptatis abundantiam orientur vniuersa, me prouidente, virentia, sine vestro labore & miseria. Sed nunc male præsentibus, senectus velox vobis aduenit, & non longa vita succedet: quoniam mihi contumeliam tali voluntate fecistis, mea mandata præuaricando: neque enim virtutis causa taciturnitate constringeris, sed mala conscientia retineris. Et mox inquit: Adam vero peccati veniam postulabat, rogabatq; Deum, nemis eum affigeret: & de facto coniugem accusabat, dicens sic ab ea seductum fuisse. &c. Quibus verbis intelligimus in maxima perturbatione fuisse Adamum, cum propter violatum præceptum, tum vero quod intellectu mali, quod commiserat, & timore pœnę, quę imminebat, longe alium se ab eo qui fuisset, futurum videbat. Dimissi igitur sunt e Paradiso, qui culpa etiam sua delitijs eius perfrui amplius non poterat: & maledixit Deus terrae in opere Adam, & miseros in eternam & sudorem vestiuit, erepto semel nobis immortalitatis munere, & mortalitatis iniecta catena, omnem generationē naturae a se creatę legi subdidit. Emissos autem intelligo non in longinquam regionem, quam petent, sed vicinam non a portentosę altitudinis monte, quo descenderent, non ingenti aliquo interposito pelago, quod transirent: qualia cogitare solent, qui recentiorum opinionibus acquiescunt: sed eo ipso in loco, cum potiora, hoc est spiritualia, nec obvia sensibus, contempta lege, perdidissent, e terra benedictionis in terram, cui mox maledicebatur, abierunt. Adam enim ut extra Paradisum e lino formatum credimus, ita certe hoc ipso quod immortalitate donatus, quod cœlesti sapientia eruditus, quod spiritus a libis ornamentiis mirifice decoratus a Deo fuit, in Paradisi delicias positum eum, haud alienum a scripturę mysterio fuerit. Ambrosius enim, vides, inquit, quomodo qui erat, apprehenditur: erat autem in terra plasmationis sue: apprehendit ergo eum virtus Dei, inspirans processus atque incrementa virtutis. &c. Adam enim non tam in locum deliciarum, quam ad perfectionem status innocentie translatus est. Atque hic quidem intellectus quanquā spiritualis est, & ad inuisibilia bona patet, historicum tamen esse, & rem gestam continere quis neget? Hoc enim consilio Genesim a Mose traditam posteris excellenti doctrina viri prodiderunt, vt iudi & simplici verborum cortice per figurarum & ænigmatum inuolucra, historiam penitissimis mysterijs confertam, & (vt Augustinus ait) mysticis significationibus plenam clausisse intolleretur: qua scribendi ratione in arcana etiam naturę, memorię prodendis, usam esse vetustatem constat. Porro si doctor ille gentium Paulus prior ad Corinthios Epistola, videre nos aut per speculum & in ænigmate, mox visuros defacie ad faciem: nos inquam quibus patefacta in aduentu Christi veritas est, & ostesa digito ad felicitatem via: quis amplius admirari velit Mosen suis, qui in umbra legis, & figura futurorum versabantur, hoc simplicis picture genere in his tradēdis, quę spiritus forent, et sensu capi non possent. Vsum fuisse quando & Christus allusionibus alicubi obscurus fuit, nominatum interim admonitus Apostolis, ne omnia sese capturos sperarent, antequam cœlesti numine adiuti, ad penitorem veritatem intelligendam diuina ope firmarentur. Natura autem comparatum esse videmus, vt ea quoq; quę haud ita longe a sensuum captu absunt, nisi crebris corporalium rerum figuris vestiamus, ruidori paulo, & a sensibus hærenti concioni persuadere nequeamus. Ea re nimurum factum est, vt plebem a patribus secedentem, facili apologeticis Agrippa persuaserit, quā vllis Numę legibus potuisset. Vt populum Athenensem res nouas molientem, fabella sitibundę vulpeculę citius deteruerit Themistocles, quam vllis Academię placitis euauisset. Et potuit cohibere militem in ordine Sertorius, duobus equis in concionē productis, qui Catonis militaria præcepta, si depropinq̄uisit, persuadere celerius haud potuisset. Deniq; scimus recentes fucus a Catone in Senatu ostensas, Patrum animos vehementius perculisse, quam si decem Carthaginē allatas hostiles legissent literas. Adeo ad mouēdū efficacia sūt, quae corporeis tectoribus clausa, a sensibus proficiscuntur. Oportuit igitur Mosen, vt eruditis simul & imperitis operam commodaret, altissima primę creationis mysteria, eaq; cū primis, quę nec cernere oculus, nec auris audire, imo vero nec spiritus facile capere quietet, familiari atq; humi repeti eloquio subdere, rebusq; vulgo notissimis accommodare. Vnde etiā factū videri potest, quod cœli tñ nomine, noto vtiq; & omnium oculis exposito, angelorū creationē difficilē captu, atq; omnibus modis spiritualē, intelligendam reliquerit attentē legētibus. Ea de re vere diuus Augustinus libro super Genesim. xi. dubiam disputationem finiturus, Conscripta quidē esse legem dixit, sicut eam legi ab hominibus oporteret, et si a paucis hæc intelligeretur, sicut oporteret. &c. Porro ut rerū, quę ab his primordijs extiterūt, quædā sensibus obuiæ sūt, quædam videri nequeūt præstatiōres cæteris: ita sane in Mosis Genesi non minus historica videri debent, quae de inuisibilibus, & a sensibus alienis substantijs monent magis quam docent, quam quæ rerum manifestiorum productionem continent, velut cœli, elementorum, hominis, animalium: quem in vniuersum consistendi ratio angelica natura impurior est, & ignobilior. Vt his obite

V . . . respondeamus,

Iosephus.

Adam & Eua
e Paradiso
missi.

Not. 4.

Ambrosius.

Quo consilio
Genesim
Moses scripsit,
perserit.

Paulus.

Not. 6.

Menenius.
Agrippa.

Themistocles.
Sertorius.
M. Cato.

Augustinus.

IOACHIMI VADIAN I LOCORVM ALIQ VOT

*Allegoriae
historicæ.*

*Augustinus.
Allegoria.
Aenigma.*

Serpens.

*Cherubim.
Gladius ner-
fatus.*

Rhomphaea.

*Augustinus.
Omnis terra
sub undis di-
luxij fuit.*

respondeamus, qui ab historia ad diuersam ab ea Allegoriā confugere illos existimant, qui in corporeis & sensui expositis rebus, incorporea & intellectui obvia intelligunt. Porro ut demus, Allegorię nomine id genus sententias comprehendendi, quę ex priori aliqua narratione facta colliguntur: sicutque illę plane Allegoricę: consequens tamen non est, vt omnem Allegoricum sensum ab historicō diuersum esse dicere opus habeamus. Augustinus enim libro de trinitate. xv. Allegoriam locū habere ait, cum aliud ex alio intelligitur: & ænigma, in quo frequenter tamen historię continetur, ab Allegoria sola obscuritate discerni tradit. Quod si ita est, non obseruit historico sensui omnis Allegoria: & quę spiritualia in corporeis intelliguntur, a Paradisi historia non secernentur. Namq; in serpentis historia non anguein tantum, verum etiam dæmonem intelligimus, qui re ipsa in Paradi so positus, primis hominibus peccati occasionem præbuit. Nam lib. iij. Lactantius, Tum, inquit, criminator ille inuidens operibus Dei, omnes fallacias & calliditates suas ad decipiendam hominem intendit, vt ei adimeret immortalitatem: & primo mulierem dolo illexit, vt vetitū cibum sumeret: & per eā ipsi quoq; homini persuasit, vt transcederet legem Dei. &c. Anguis autem corpus erat anima viuū, dæmon spiritus incorporeus: ne c feffellit serpens, sed in serpente dæmon: erat enim ille in genere suo reptile: quod Deus cū fecisset, vidiit quod esset bonū, vt Moses ait. Propterea Augustinus libro super Gen. xi. serpentē ait in scriptura prudentiorem seu callidiorē dici cunctis animalibus terrę: non quidē irrationali anima sua, sed alieno spiritu, hoc est diabolico, quo recte potuit sapientissimus dici omnium bestiarum. Et inferius mox: Quid ergo, inquit, mirum? si suo instinctu diabolus iam implens serpentem, eiq; suum spiritum miscet, eo more quo vates dæmoniorum impleri solent, sapientissimum eum reddiderat omnium bestiarum secundū animā viuam, irrationalib; viuentium. &c. Hoc est, quod alibi idem author probat, in Paradisi historia corporalia & spiritualia, id est inuisibilia simul intelligi oportere. Tam enim in anima Adam Paradisi delicias planasse Deum existimamus, quam pro corporis non mortalis ratione, amoenissimā illi & posteris habitationem eo in loco, quem incolere cœpissent, instituerat. Nec dubito quin incomparabiliter maior animi voluptas fuerit in Paradisi delitijs per spiritualia, quam corporis a corporeis rebus esse potuerit. Ut igitur de Allegorię ratione finiamus, constare arbitror hanc demum Allegoriam ab historia longissime recedere, quę a nativo literę sensu ita recedit, vt ne cogitassem quidem de ea vñ quam videatur, qui cætera prodidit: nedum vt aut innuisse eum quicq; tropis, aut verbis, quę ad penitorem sensum trahi possent, monuisse videri queat. In Genesi autem Mosi cū pleraq; omnia ita tradita sint, vt lectoris animū ad penitiora remotioraq; contemplanda primo statim sensu cohortentur, non minus culpabiles esse eos existimamus, qui historię Paradisi Allegoriam non coniungunt, quam qui sola nixi Allegoria, re ipsa quod Moses tradidit, evenisse fuisse negant: quoscum in numero Manichæos fuisse Augustinus indicat. Ideo bene Hieronymus cap. x. Expositiōis in Danielem, Domino, inquit, Saluatori, & Baptiste Ioanni super fluenta Iordanis aperiuntur cœli. Vnde eorum deliramenta conticescant, qui umbras & imagines in veritate querentes, ipsa coenantur euertere veritatem, vt flumina, & arbores, & Paradisum putent Allegorię legibus se debere subdere. Iam quod Moses tradit Deum, postq; Adam cū Eua ejecisset e Paradiſo voluptatis, Cherubim statuisse, & flammæum gladii, atq; versatilem additum ad custodiendam viam ligni vite: Augustinus libro super Gen. xi. non gladium ipsum, siue (vt ipse ait) Rhomphæa, quę vertitur, sed Allegoricū ignem intelligit, qui per cœlestes potestates circum visibilem Paradisum excitatum esse credendum sit: vt per angelicum, inquit, ministerium esset illic ignea quędam custodia: quā quidem non frustra, sed ad significandum quicq; de spirituali Paradiſo factam esse nō vtiq; dubitandū ait. Hæc est Rhomphæa, quę recentes aliquot Lombardi interpretes in eam sententiam traxit, vt intra torridam Zonam sub æquatore Paradiſum esse videri tradiderint: cum terram, quę a quieti noctiali subest, multis in locis frequentissimę habitationis esse experientia constet. Præterea nō temperie illa cœli adeo ipsis memorabilem Paradiſum intra torridam Zonam priuasse videretur, monti altissimo, & ad quem radiorum reflexa acies non pertingeret, imposuerunt: præsertim qui in confinio primę & secundę regionis aëris illum prominere dicunt. Nā sunt qui supra secundā regionem ad principium tertię regionis aëris Paradiſum extollunt, & quouscunq; eum Olympo faciunt altiorem: cum vt æstui eripiant subdito, tum maxime quod eundem nec imbris madeficeret, nec premi aut nubibus, aut nivibus velint. Excelsō vero in loco esse, vel illud probat, quod vndae diluuij altissimę Paradiſum non obtexere. Quandoquidem Enoch vir iustus illuc translatus erat, scilicet (quod ex Ecclesiastico intelligere sic voluerunt) indignus, qui Cataclysmi vndis succumbet. At vero diuus Augustinus in fine libri de ciuitate Dei. xv. Mosis de diluvio testimonium moribus retinens, cum grauiter in eos inuexisset, qui de Olympo nescio quid nugati, omnem terram vndis diluuij tectam fuisse negabant: ridiculos illos, & naturę rerum parum peritos existimat, qui terrae aliquid ex vndis illis quindecim Aegyptiacis (si Origeni credimus) hoc est quincuplo singulis, quam nostri sint, quouscunq; monte altioribus cubitis extare potuisse autem. Factum autem est, vt quę illi hoc modo de Paradiſo tradidissent, non potuerint inter verosimilia non referri, postq; semel ad orbis Lunæ conuexum (altius enim nō poterat) Paradiſi hortū Beda extulit, grauis alioqui, & dignus veneratione scriptor: in quo tamen noua aut inaudita hæc montium altitudo nō est. Iā olim enim fuisse Plinius lib. quinto scribit, qui Atlantis vertices ad vicinia Lunę extolli fabulati essent,

EX SVIS IN MELAM COMMENT. EXPLANATIO.

essent. Quod si ita esset, quam vanas, Deum immortalem, fruolasque Mathematicorum demonstrationes doctissimorum quorumque industria, terram rotundam esse uno ore confessa admisisset? Iam mirari me fateor, adeo nihil de gladio illo in libello suo de Paradiſo Ambrosiu meminisse, & in censenda historia difficultem hunc locum tam paucis ab Augustino indicatum; nisi forte monere nos voluerat, ne vñquam in scripturę mysterijs tractandis altius saperemus quam oporteret, & de dubijs obscurisque locis nihil temere præsumeremus. Sunt autem quibus Allegorice gladius ille poenas temporales indicet, primis hominibus statim postq; peccassent, versatili quadā maiorū occasione irrogatas: quando & bestijs, quibus paulo ante subiugis Adam nomina dederat, nocēdi nobis facultas concessa est. Ad quod illud Ecclesiastici accedit. xxxix. cap. Bestiarū dentes, & scorpīj, & serpentes, rhomphaea vindicans in exterminium impios, &c. Impi enim erant, qui præceptum violauerant. Ad hæc mors, sanguis, contentio, & rhomphaea, oppressiones, fames, contritio, & flagella mortalibus nobis immissa: quibus nimirum ante prævaricationis nefas carere potuimus. Cōtempta autē lege factū est, vt omnis transgressio & inobedientia (teste etiam ad Hebræos Paulo) iustum præmij reparationem acceperit. Porro vt in animo male sibi conscio Paradisus deliciarum esse nequit, ita profecto ne ligni quidem vitę fructum vñquam decerpserit, quem peccati labes in amaritudine animę & mentis angore conspurcat: vt Allegoria haudquaque aliena in rhomphæ nomine, peccati furor, & animi perturbatio, qua ītus (vt Persius dixit) infelix pallies, & in noctem quandam infelicitum turba scelerum ageris, nec quietus vñquam manes, nec tib; cōstas, intelligi queat. Ecclesiasticus enim. xxi. capite, Quasi rhomphæa, inquit, bis acuta hominis iniqtas, plague illius non est sanitas. Eodem authore constat, Spiritus esse, qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt tormenta sua: Et recentiores angelos etiam malos hominibus in exercitum immitti, qui Dei sui iussa perficiant, tradiderunt. Mihi vero ad historiam respicienti, Gladij nomine visum est ignem quidē significari: cæterum etim solum, qui inter mortale varium caducumque, & immortale, ac sempiternū interueniret, hoc est eum qui sua in Sphæra giraretur: quem versatile esse, & ad motum firmamenti rapi Peripatetici confirmant: vt iunctū Cherubin, hoc est intelligentiam mouentem, vel horum sententia facile intelligeremus. Vt cunque autem hæc lectores accipiant, constat ad conuexum Lunę ambitum, cœlestium rerum horizontem quodammodo esse, supra quem pura omnia lucidaque & natura sistentia, nec vñquam mutata fortuito cernatur. Vbi (vt libro. ij. de natura Deorum Cicero ait) nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec varietas ineſt: contraque omnis ordo, veritas, ratio, constantia, &c. Infra autem caduca omnia, & frequenter alia atq; alia vestita facie, pro elementorum & iugalium in eis qualitatū cōsensu diffensuq; (quodā que mireris) cœli virtute in his variandis præcipua. Quia de re magno omnium consensu creditur in cœlis beatorum sedem esse, lucem habitare inaccessibilem mortalibus: agere illic Deum authorem deliciarum Paradisi, fontem omnis boni, plantatorem ligni vitę æternę: qui fructui quidem Paradisi terrestris diuinam quandam vim aduersus carnis solutionem & mortē indiderat: sed quo uesci Adam, ad carnem & terram conuersus noluit. Itaq; retractis illis, in cœlo suis Paradisum plaut: felicitate instituta, quę nec cœpit vñquam, nec vñquam desinet. Nam in quæstionibus Hebraicis diuis Hieronymus manifestissime comprobari ait, quod priusquam cœlum & terram Deus faceret, Paradisum ante condiderat. Hoc in loco, vt mihi videtur, post legis consummationem, & partam per Christum Iesum salutem, cœlique reclusas portas, & noxijs dæmonū potestatibus reuinctis, Paradisum esse, & verę vitę lignum existimandum est. Cuius arbor vitę bonos fructus in Euangelio facit, & æternę spei mandata diffundit per vniuersos populos: vt ad Sabinum Ambrosius scripsit. In id regnum Paradisi decus commutatum est: hic quærendum est quod Adam amisit, quod Christus reddidit. Libuit haec tenus afferre de Paradiſo quę senserim: non Hercules, quo quicquam affirmandū vñquam existimarim: aut quę prodidi, recipienda retinenda constantius putarim: sed hac potissimum causa, vt quoniam apud Pomponium innuisse in animo mihi esse, vt quicquam de Paradiſo in medium afferrem, hoc in loco, quę mihi opinio potissimum atriserit, proderem, simulque sinistram opinionē (si quam apud curiosos concitasse) amoliter. Nec ignoro diuersa quædā ab his nostris cum aliis veterum, tum ipsum cū primis Augustinū tradidisse, qui Paradiſo terrestriſ locum mortalibus inaccessum credidit, cinctum custodia gladij & Cherubin: præteſta nec desisse, sed adhuc durare. Quā suā opinionem equidē non impugno, etiam si dissentio: indicare tantum libebat, non etiam contendere, id quod magna tamen iuuandæ veritatis spe in recētiorum aliquot excutiendis opinionibus potuisse, si hæc stetisset sententia, vt nostra cōfirmanda duxisse. Porro negociū mihi ſeorsum vñsum est odiosum, non tam argumēti raritate & obscuritate, quam ingeniorum ætatis nostræ, nihil niſi sua demirantiū inuidentia, quę certe iam ab initio studiorū pessime ſemper his respōdit, qui optime de veritate mereri voluissent. Et alioqui mihi occupatissimo nō vacabat ſatis in hanc rem vt ex animi ſententia inquirerem, tantillo ſubcisiuarū horarū ſpatio, quo hæc annotauimus, vix impetrato. Opinor autem inculpabile esse, vel a receptis alicubi diſſentire, modo non ineptissime, aut impudentiſſime diſſentias: nec admodū veſtigandæ veritati Ieuſi inquietiū discordia obſuit: quā certe & ipsam apud ſcholasticos Theologos interminā eſſe video. Quibus equidē (ſoli eñ ſunt qui aliorū placita acrius venant) vt præiudicare i hac re temere nolita de me ſtelligat velim, hæc me receptæ, hoc eſt ſacré scripturæ reueretiā tribuere, vt ſicubi

Gladius Che
rub quid.

Ecclesiasti /
cus.

Nota.

Peccati fu/
ror rhom/
phæa quædā
eſt.

Genij mali.

Quid gladij
nomine intel/
ligi queat.

M. Cicero:

Paradisus
ubi.

Cur de Para
diſo tradere
uoluerit Va
dianus.

Theologie
professores
ueretur Va
dianus

IOACHIMI VADIANI LOCORVM ALIQ VOT

eam coactius detorsisse, aut suo in sensu non cepisse conuinci queam, ita me cessurum illis, ut gratiam etiam certiora tradentibus sim habiturus.

15

Apud Pomponiū libro primo, vbi de terre partitione in Zonas, deque cardinibus cœli, & positus mortalium ratione mentio fit, longiuscule cum commentarer in Antœcorum, Periœcorū, & Antipodum describenda diuersitate sum digressus: re (vt mihi tum videbatur) minime protrita, & lubricę etiam in celebrium authorū codicibus fidei, multisque obuolutam erroribus, ac plane diglam in qua studiosę iuuentuti p̄ mea virili prodessem. Qua in re me vel hoc ipso profecisse spe ro, quod supra recentiorum diligentiam quædam non admodum protrita indicaui, ut eruditioribus ultra cogitandi bene ne an iecus senserim, occasionem darem. Evidem haud leuibus argumentis ostendisse mihi tum videbar, Antœcos, & quos Periœcos vocamus, esse, & de quibus frequentius erudit dubitauerunt, contrapositis plantis terre innixos Antipodas, de quibus cum anno retro plus minus septimo ad Rudolphum Agricolam, insignem in literis hominem, ex traditione Georgij Collimitij eruditissimi, & posteritate digni Mathematici scripsisse: non videbatur ex re esse, cum mea qui ad alia festinarem, tum studiosorum, quibus potissime laborabam, vt quę abunde, & ad fastidium usque alibi enarrauissim, denuo prodendis inculcarē. Remisi igitur ad ea lectorem, quę isthic assuerassem. Quorum, vt ca. idide dicam, adeo me non pœnitet pudetue, vt ne iostam quidem vnam, in hac usque horam qua ad hæc scribenda Camertis me authoritas compulit, mutare voluerim: ac ne nunc quidem libeat velletatum (quod aiunt) digitum ab his discedere, quę utroque cum argumentis densissimis, tum vero adorāda demonstrationis fide persuasus, magna fiducia affirmau. At vero, quoniam nuper Ioannes Camers Theologus doctissimus, suis in Solinum enarrationibus, post diligentissime perspecta Scholia nostra Pōponiana Theologos ait, hoc est (vt ipse refert) veritatis authores, fabulosa esse oīa, quę de Antipodibus ab alijs relata sint, credere: rursum mihi, superos testor, inuito instituendus de Antipodibus sermo est: non alio fulciendus argumento, quam vt paucissimis ostendam, in quo mihi cum Camerte non conueniat. Apologia enim scribendę nulla causa est: cum nemo haec tenus quę de Antipodibus prodidisset, incesserit. Nec sane consultum mihi videbatur, vt Palilogia niteret: qua decore tamen potuisse ut, nisi vidissim Crambem illam fusissimę de Antipodibus explicationis nostræ amplius sine gratia lectoris nausea reponi non posse. Satis igitur vistum est monuisse lectorem, ne aut nomine, aut autoritate Camertis motus, erratum paulo insignius, quam ratio quæsitę veritatis ferret, aut leuius quam doctrinę, aut diligentę nomen permitteret, inesse nostris suspicaretur: quando peritus ille vir nostra tanquam indigna fide præteriisset. Hoc enim solum fassus est Camers, non esse quibus Lactantij persuasions frigidę nimis esse videantur: quorum in numero me esse norūt, qui nostra legerunt. Evidem inficias non eo, superham & præfidentem Lactantij inscitiam, qua in Antipodium historia confutanda ineptiuit, non potuisse mihi non vehementer displicere: quandoquidem (quod honoris præfatione dictum volo) non aliter de illis disputat, quam de coloribus cæcus solet: nec aliud in medium affert, quam metas nugas bellissimo suauiloquentię fuso delinitas: vt vel hac via rem magnam tradidisse literatori cuiquam videri possit, qui certe non aliud dedidit quam verba. Qua de re velim non Theologos solum, sed & Aristotelicos, hoc est scholasticos illos disceptatores, & in primis Mathematicę rudimentorum peritos iudicare, meo periculo. Nec vero mihi persuaserim, Camertem nostrum pro singulari eruditione sua videre nequivisse, quibus rationibus, quamque evidentibus in Antipodium historia confirmanda fuerim vesus: sentiente mecum Cl. Ptolemæo, omnium sane, qui a proximis quatuordecim seculis Mathematica prodiderunt, citra controversiam peritissimo: præterea, vt medię ætatis scriptores, simulque recentiores præterea, peritissimo illo Georgio Collimitio incredibili auditorū frequentia Mathematicen in clarissima Viennensi Academia profitente. Ex quo Camers quid in hac quæstione recipiendū, quid rei ciendum foret, intelligere debuisset, viro in omnium liberalium doctrinarum peritia tanto, vt multis Academijs unus velut Plato quidam sufficere possit. Nisi forte suspicandum est, Camertem a suis commode dissentire non potuisse, atque haec tenus quidem indicare voluisse, quid alii sentirent, non etiam in iuvere qua in sententia ipse foret: id quod & Solinum alicubi, & C. Plinium fecisse autumat. Vt cunque demum Camers statuerit, persuadeo mihi ita casurum olim, vt nostrę sententię pedaneum iudicem doctissimum Camertem habituri simus: maxime quod recentiorum quidam ex scholasticis Theologis, quorum commentarij in Lombardi sententias prodierunt, Augustinum quod Antipodas negauerit, lapsum esse dicunt. Porro & culpa tantum scriptorem eximunt, quanquam nec attinentibus, nec veris id rationibus faciunt: vt mirum etiam sit, video illos non potuisse, quibus causis motus Augustinus Antipodas esse negarit. Iam, vt reministram prosequamur, constare arbitror candide lector, nullum prorsus in Canonica, siue sacra scriptura locum esse, qui Antipodium mentionem faciat: nedum vt persuadere nobis debeamus illic inesse qui cquam, quod cum hac sese traditione collidat, aut Antipodium positum non admittat. Nihil igitur negotijs Theologis nostris cum Antipodibus futurum erat: sicut nec cum Periœcis, aut Antœcis unquam fuit: nisi false veterum traditioni, quam mordicus & Macrobius retinet, & Martianus Capella confirmat, nec admodum dissentit Plinius, tandem occlamare fuerint coati, idque Augustino authore: nam Lactantium vel sui gratia tacuisse præstisset. Veteres antem

Rudolphus
Agricola.

Camers •
Theologus
doctissimus.

Lactantij te-
meritas.

Georgij Col-
limiti laus.

Bene de Ca/
merete sperat
Vadianus.

Theologi di-
cūt Augusti
nū lapsū,
quod Anti/
podas nega/
rit, sed male
dicunt.

Nihil Theo-
logis cū An-
tipodibus.

EX SVIS IN MELAM COMMENT. EXPLANATIO.

autem non pauci Antipodum situm ita se iunxerunt, ut ingenti eos, & impenetrabili Oceano distare, nec vñquam conuenire posse dicerent, frequenti utrobiq; mortalium multitudine. Id Augustinus intelligens, cum experientia destitutus, suo quoque retragante seculo, aliud quod sequeretur, non haberet: & iam pro fide scripture recipisset, omnem hominem ut cunque monstrosum, modo homo foret, ex protoplasto illo Adam originem ducere, de quo nullus, inquit, fidelium dubitauerit: necesse erat ut receptam suorum temporum de Antipodum positu sententiam, ut aduersam scripturam reijceret: quando illi, ut iam dixi, sub duplice caelo, & diuersissimis terram partibus, magno Oceano interueniente, duplex mortalium genus diuersam originis statuissent: hic omnem hominem ex Adam originem ducere consentanea cum scriptura sententia traderet: collidentibus se ex Dia metro, velut aiunt, sententijs. Nolum vero o lector, que hic præscribo tibi, velut apud me nata suspicareris. Adi Augustinum, lege caput nonum decimosextri de ciuitate Dei, & cum his que priori capite scribuntur, confer, ut demum bene ne an se eus de Augustini consilio sentiam, intelligas. Evidem existimo neminem hodie peritiorum esse, qui cum Augustino sentire nolit: quandoquidem nec historię fide, nec vlla ratione nitentem, sed sola coniectatione fluctuantem sententiam, fauente Ptolemæo, & vniuersa Mathematicorum neotericorum cohorte, reiecit, & contempsit. In nunc, & persuade tibi sodes in ea me vñquam sententia aut fuisse, aut esse potuisse, ut Antipodes esse hoc modo, quo Macrobius & Capella tradidere, credendum existimatim. Potior minima grauis sima Claudi Ptolemæi authoritas est, & ipsa que rationibus præstat, demonstratio, firmisque & celebris veterum cum recentissimis de terram rotunditate consensus, potior inquam friuolis Macrobi & Capellæ opinionibus. Et Ptolemaeus quidem tradit ad hemicycli spatium, hoc est. cxc. graduum longitudine non interceptam vndique Pelago, & in hemisphaeriorum superficies discretam, sed solidam, & cohærentem sibi terram extare, cum frequentissima vndiquaque mortalium habitatione: qui ne vlo quidem mari, nedum Oceano superando coire committijs, & eodem sub caelo cohabitare possint, ex quibus in extimis cognitę longitudinis metis deprehendantur, qui terra sensim sese obliquante vestigia sibi controuertant: sintq; vtrinque non sub terra, sed supra terram, sursum nō deorsum arrectis capitibus Antipodes, nec adeo ad casum pronis, ac Lactantius putauit, qui sursum cadere Antipodes, si forent, Physice plane & Aristotelice videlicet suspicatus est. Hoc vero quod Ptolemaeus inuit, quod doctissimi pmittunt, quod terram situs peritissimi, qd terum Mathematicarū scientissimi scriptores tradunt, cur negare Theologi malint, quam rationibus & demonstrationibus locum cedere, præsertim quod lite hoc modo composita nihil amplius ipsis cum Antipodibus negoti futurum sit. Et ex diu Augustini verbis constet, nunquam eum Antipodes esse negaturum fuisse, si illud quis docuisset, quod cohærentis terram superficie, ijsque in locis, a quibus sine difficultate commigrare mortales possent, Antipodes forent, nimis ab uno Adam prognati. Cestat autem hanc Antipodum rationem nulli prorsus, aut Euangeli edicto, aut veteris scripturam sententię, aut omnino alicui veterum Theologorum aduersari. Quod si non desinis obijcere mihi: Theologi hoc negant, & fabulosum putant: Respondeo, non esse confessim consequens, ut ita non esse credendum sit, si illi ita non esse contenderint. Porro non scio veterum quenque huius farinę, qui Antipodes esse negauerit: præter Augustinum, cum quo consentio: & Lactantium, cum quo sentire nemo potest. Enimvero si quis sanctarum literarum doctus, rationibus (quando scripture testimonio nequit) comprobet, quod non sint, nec esse possint, aut in vniuersum debeant, idque magis aut artificio naturam, aut recenti experientię scriptorum consentiat: ita paratus animo illico meis cedam, ut pro dignitate amplissime alioqui professionis, quam omni honore dignam iudico, pedibus in illorum sententiam iturus sim, & oraculi habiturus loco quod illi tradidissent. Quod ipsum quoniam a nemine factum in hunc usque diem, quo haec scripsi, animaduerti, obsecro molesti mihi esse illi ne velint, principis Mathematici autoritate nitenti, & demonstrationum accincto fide, atque etiamnum paratissimo ad cedendum, si meliora certioraue Theologus quispiam in medium attulerit. Evidem ut ingenue fateor, Theologo euidentis scripture (cui hanc venerationem debemus) testimonium producenti non nisi impudentissime & impissime resisti: ita puto non statim legis loco habendum, si a diuinis oraculis ad humanarum opinionū & Leptologiæ inuolucra conuersi illi, de his tradant, que vel inter seipso perpetua dissensione in quaestionem vocant, vel ab alijs ex professo id agentibus rectius, vberius, doctius, atque accuratius explicantur. Igitur non dubito quatenus ad Mathematica a scriptura non dissentientia attinuerit, veteribus Theologis quotquot sunt, Ptolemaeum præponere: recetibus autem Ioannē de Regio monte Germanum, & Camerti nostro (pace hominis dixerim) Collimitum meum. Nec ambigendum video, quin in his, que ad naturam explicationem, aut eorum que Metaphysica dicunt, enarrationem pertinent, Alberto Aristotelem, Auerroim Scoto, Thomę Themistium, Capreolo Auicenā, iteq; alios alijs præferre debeamus. Quandoquidem illos authores sequi non de dignantur, & ex professo docuisse fatentur, que ipsi (modo Theologos agant, non Zenonas, aut Chrysippus) non nisi aliud agendo, ac non raro extra rem præstare solent. Quamobré diuus Augustinus Ethnicorum placita vereda arbitratus, libro sup Genesim primo, turpe esse, & pernitosum existimat, si quis in re quapiam ad scripture explicationem, & fidei professionem non attinente, tanquam secundum

Falsa veteris
de antipodiis
bus opinio.

Ptolemaeus.

Theologian
tipodas esse
negare non
debent.

Quatenus
Theologo
non refragandum.

Note.

Augustinus.
Nota.

IOACHIMI VADIANI LOCORVM ALIQVOT

Veritas in
quocumque est,
spiritus san-
cto est.

16

Vadiani &/
quoniam itas.

Vadiano no
suppetit oci
um.

Camertis
Laus.

Pallologia
Vadiani

Vadiani su
spicio.

Vadiano &
Plinio et So
lino dissensi
se nocuit.

christianas literas agat, temere aliquid affirmet: ut vel non christianus, dum ita delirare eum, & toto (quemadmodum dicitur) cœlo errare conspiciat, risum tenere non possit. Quem Augustini locum utinam ætate permittente Lactantius legere potuisset, ne adeo inconsulte historiam Antipodum labefacere orationis tectorio conatus fuisset. Porro in eodem libro Augustinus multa esse inquit, quæ Ethnici de cœlo, de cæteris mundi huius elementis, de motu, de conuersione, vel etiam magnitudine, & interuallis syderum, de certis defectibus Solis & Lunæ, de circuitibus annorum & temporum, alijsque huiusmodi ita nouerint, ut vel certissima ratione, vel experientia teneant. Præterea tradit inibi Augustinus, veterum tradita demonstrataque ab homine christiano non rei cienda esse, vbi constiterit scripture ea authoritati non contravenire. Nec leuiter succenset fratribus quibusdam præsumptuose, ut ait, audacibus, qui sine scriptura, quamlibet friuolas opiniones contra certa & consona Ethnicorum tradita defendendas suscepissent.

Apud Pomponium libro de situ orbis tertio, vbi Taprobanes, insularum, quas in Indico Oceano veteres nominarunt, celebratissimè mentio fit, obiter, & vt puto, in loco in Plinianam incidi de Taprobane lectionem, locosque aliquot animaduersione, nisi conniuere velis, dignissimos, qua potui in magna festinatione, diligentia explicau. His vero aestimandis, quod a Plinio discessi, & Rachiæ comitibus, quibus aurem Pliniana diligentia præbuit, fidem non adhibédam, nisi quo sub coelo sitam esse Taprobanem nosceremus, contendi. Camers noster suis in Solinum enarratiōibus indigabundus, ingentē nuper, hoc est, ut ego intelligo, friuolam apud quosdam quæstionem ortā esse ait, qua in parte orbis Taprobane sita sit. Mox longum præfatus pronunciat, atque ita pronunciat, ut demū quo animo diligentiam nostram aestimarit, haud obscure intelligere queas. Porro mihi ne, qui primus, quod equidē sciam, hanc quæstionem proposui, an alijs qui eadē tractarint respōdet, meorū cū suis collatione facta, sine mora candidus lector cognoscet. Evidem, quod ad me attinet, fateor literariā hanc velitationē, quam mecum paucis de locis, hisq; me Hercules indignis, quorū causa dissentiremus, Camers instituit, nec ingratā mihi, nec a deo molestam demum esse; maxime quod illum pro sua humanitate, & causæ nostrę bonitate, nec hostiliter, nec seuere admodū, sed leui tantū armatura occursantem, & Ferentarij equitis more eminus iaculātem sustineam. Tātū queror non suppeterem oīū, & illiberalibus negocijs distracto tantillum spacijs non dari tēporis, quo nō ineptū fortasse animi captū candido lectori, tibi q; cū primis doctissime Faber, ea qua opus foret, diligētia præscribere possem: & afferre quicquā, quod frugem secū doctrinę traheret; ut fateri posset qui legeret, non tam ingenuā, quam proficuā esse hanc pugnā: eoq; modo non solū Camerti, qui intendit, verum etiā mihi, qui coactus sum respondere, gratia haberetur, qđ in hanc rei literatię doctorum spectaculo dignā harenā descendemus. quod ipsum quando in præsentia ut fiat, nō datur, fecero fortassis oīū, ocio cōmodius impetrato, & paulo ampliore pro animi sententia perquisitione in hanc rem facta: vbi & Pomponio nostra pximis aliquot mensibus vtcūq; recognito, simulq; commentarijs meis in eū aeditis, sicubi opus fuerit, & docti interim viri citra caiumnam monuerint, prodesse summa openitemur. Nunc quantū me ex media hominū concione, & rei cum domestice, tum vero Medice occupatione ad longo tempore intermissas literas recipere potui, illud oīij vel intuitis negocijs suffuratus sum, quo indicare tñ beneuolo lectori quirem, me per ea quæ attulit Camers, ne hilū quidem mutatum, quo minus in priori sententia mea perstarē, idq; me nec peruicacia, nec temeritate facere ostenderem: mox Camerti responderē modeste, amice, & vt hominem decet literatorem, præsertim Germanū, candide. Ut enim omnia alia præterea in, quæ in hoc doctissimo viro a multis aīnis sum admiratus, illud certe & doctrinæ, & diligentie suę tribuo, vt verendū eum studiosis omnibus non possim, etiam si velim maxime, non fateri. Neq; vero is sū, qui adeo vitio dandum existimē, quod aliter atq; sperarem ita de meis paīsim senserit, vt non pauci etiam in locis dissentire voluerit: quandoquidem eruditorum vel acre iudicium non solum non sum auersatus, verū etiam ita optaui, vt mag iam in eius occasione studiosorum vtilitatē inesse nō potuerim mihi nō persuadere: maxime quod incolumi respōdendi iure meo secundariā aēditionem nostram non segniter adiuuari posse videbā, quam semel adeo candide & ingenue pollicitus essem. Nec difficulter admitto aleā, cui iam obiectauimus caput, vt hac nostra Apologia, siue maius Pallologia lecta relectaq; penes doctissimos quosq; tum demū in quæstionem venire debeat, æque ne an inique nostra Camers taxauerit: an vero ego potius odiosus studiosis esse debeā, qui locos satis superq; de errore & falsitate conuictos, cæca quadam peruicacia, quasi exstimulante me ambitio, rursum post tam eruditū hominis latam sententiam defendēdos suscepserim. Id quod fere solēt, qui quod sua oraculi loco habeti velint, ad quasvis rationes, atq; etiam demonstratiōes Endymionis somnium dormiunt. Illud dixerim, nō aliam causam mihi in animū de Camertis stomacho venire potuisse, quā quod Vadianus homo Germanus, & in literis, si non infime, certe mediocris nec amplius note, qui Græce perparum, Latine mediocriter calleat, Plinijs & Solini locos non adeo protritos, nec cuiuis nasuto etiam, & aceto perpurgato obuios, in repentina scriptione tanta fiducia adoriri, & iudicio adhibito expendere fuerit ausus. Et si bene ariolor, nec me vetus experientia fallit, a Plinio & Solino dissensisse nocuit: non adeo quod manifeste vera collabefactare fuerim ausus, sed magis quod a Plinio & Solino dissensi, & Germanus dissensi. Quod quidē cum temere facere visus forem, non tam in me, quam in Albertum, quem libenter sequor, itidem Germanum,

isthæc

EX SVIS IN MELAM COMMENT. EXPLANATIO.

Isthaec indignationis machæra districta est. Velle autem Camerem, quo consultius nostra æstimare potuisset, vetus istud de me sibi persuasisset: Sæpe etiam est olitor valde opportuna locutus. aut si maluisset, istud saltem: τοντον τοιησι μωρος ἀνης κατακαιροπι των. Si hoc ipsū cogitare noluisset, quod quatenus ad Astronomica et Mathematica attinebat, nihil fere scripsi, nihil dixi, quod Georgij Collimitij Mathematici probatissimi lima non strinxerit, expoliuerit, probauerit. Proinde & Andreæ Perlachij, & Henrici Grammatei Astronomorum & Geometrarum, discipulorū quidem Collimitij: cæterum talium, vt præceptorum eos nomine in Mathematicis præsertim, dignari vel Camers posset, opera iudicioque frequenter sum vsus: idq; nō alia causa, quam ne quid de tantis alioqui in omni doctrinarum genere scriptoribus incautius proderem. Quamobrem in spē adducor s̄p̄re, vt gratiam haud paruam apud Astronomiæ vel candidatos, vbi vbi illi nostra legent, indepturus sim, quod nec rationibus, nec instrumentorum fide induci potuerim, vt quæ citæ cogitatione commentus essem, in lucem æderem, nisi illorum qui ex professo idē agere potuissent, quod ego egi, candidus calculus accederet. Iam vt ad Plinium, quo cum mihi negocium fuit, reuer tamur: Scire te peruelim candide lector, duos apud Plinium in cap. de Taprobanè locos esse, quibus æstimandis adeo a nobis dissentire Camers voluit, vt tantum non impudentem me esse innuerit, quod in eis indicandis obstrepere Plinio fuerim ausus. Prior quidem, quod Plinius ait Septentrionem in Taprobanè non cerni: ideoque legatos, qui duce Rachia Romam venerunt, Septentriones Vergiliusque apud nos velut nouo cœlo admiratos tradit. Alter, quod Lunam apud ipsos nō nisi ab octaua ad decimam quintam supra terram aspici prædicassent. Ad quos ego locos cū paulo attentiore adhibuisse césuram, cogitare cœpi quo nam sub cœlo iacere Taprobanè Plinio uisa esset: idq; cum anxie in toto suo de historia naturæ opere perquireré, nō inueni: mox arbitratus hoc tātum adnotare Plinium voluisse, quod ex legatorum relatione accepisset, nec compertū admodum, nec fide dignum, ideoque paucissimis ab eo traditum. Dubitare in vniuersitatem de Taprobanè cœpi, quo nam sub parallelo latitudinis sita foret, etiam si indicijs quibusdam, quo minus de Plinij credulitate dubitarem, liquido monebar: hoc ipso satis superque qua in sententia esset testante, quod ait: Hactenus a priscis memorata nobis diligentior notitia Claudi principatu contigit. Hanc ipsam igitur nostram de insulæ situ inuestigationem, grādem videlicet quæstionem Camers vocavit: quam ego nō tam grādem, quam necessariam fuisse etiamnum cōfirmo. Quinimo si Posidonium grauissimum authorem coarguedum duxit Strabo, quod ad clima & parallelos cum respexisset, Pelorum Siciliæ ad Septentrionem, Lilybæum autem ad Austrum statuerit, forma insulæ non admodum respondēte: qui mihi nō liceat iustiora causa moto, de Taprobanè quærere, quādo semel iterumque Septentriones in ea nō cerni C. Plinius dixisset? Fieri enim nequit, idque Plinio, quod mox adducam testimonio, vt sine diligēti obseruatione situs, hoc est latitudinis loci cuiuspiam, de syderibus quæ apparet lateantue, ad indicati loci prospectum quicquam pronūciasse, ac ne intelligere quidem apte queas. Id enim rotunditas terræ, etiam si ad orbes cœlestes, & mūdi ambitum collata, nō nisi puncti & centri rationem habet, efficit: vt quemadmodum sub circulo æquationis habitates vtrūque polū pari facilitate cōtuētur, omnibus inibi syderibus, & emergētibus, & occidentibus, cū vtroque a latere cōspicua sint, ita quædam occultari, quædam altiora fieri, & a finitore sese attollere, si in alterum latus abeas, necesse est aliter atque aliter ambiente finitos, prout lōgicus propiciusue indicato habitationis tuæ parallelo æquator circulus abfuerit: qui quidem cū impari ratione prospectus mortaliū finiat, & stellā quampiā interim conspicuam relinquit Orientē, interim occultet nunquā vidēdam, velut Canopum nobis, qui Alexandrinis conspicuus esse incipit: cōtingit haud dubie vt par ratio apparentium stellarum apud omnes esse nequeat. Ea de re docte libro octavo Marc. Capella finitorem definiēs talē esse ait, qui ex eo quod semper surgētis demeātisque mundi diuersitatibus varietur, certum astrorū ordinem nō poterit retinere. Necesse est igitur, vt in hanc rem paulo studiosius inquirentes, primum omniū quo sub parallelo, quoque latitudinis, quod idem est, positu locus iaceat, in qua astrorum qui cquam, aut apparere semper, aut semper delitescere cōtendis. Porro si plana terra foret, nulla esset aut latitudo, aut longitudo, quæ vel ortus rationem variaret, vel inæquales faceret dies, & hanc apparitionis stellarū diuersitatē efficeret. Idem enim horizon omnibus foret ad normam sphæræ, vt vocat, recte: idē igitur Ortus, Occasus, Meridies, eadē quātitas diei, idē in cœlum prospectus omnibus. Hoc ipsum et Plinius fassus, lxxij, capite libri secundi. Quod si plana, inquit, esset terra, simul omnia apparerēt cunctis, noctesq; nō fierēt inæquales. &c. Atq; variari hēc omnia propterea quod terra cum aqua Sphærica est, credo ex Sphære intellectis rudimentis, & vulgarium instrumētorum fide, nisi sit qui cœcutire ad hēc de industria velit, patere posse. Docet enim historicis, atque adeo efficacibus ad persuadēdum argumētis, idem loco iam citato Plinius, Vitruvium credo secutus, cuius libro de architectura nono de mūdi syderibus hēc verba sunt: Quę figurata formataq; sunt in mūdo simula chra natura, diuinaq; mēte designata, vt Democrito Physico placuit, exposui; sed ea tantum quo tum ortus & occasus possumus animaduertere, & oculis contueri. Nanq; vt Septentriones circū axis cardinem versantes non occidunt, neq; sub terram subeunt; sic & circa meridianum cardinē, qui est propter inclinationem mundi subiectus terre, sydera versabunda latentiaque non habent egressus orientes super terram. Itaque eorū figurentes propter obstantiam non sunt notē. Huius

Georgius
Collimitius
Andreas
Perlachius.
Hericus Grā
matius

Loci Plinia
nt

Strabo Pos
sidonium ex
cussit leui de
causa

M. Capella.
Horizon
quid.

Note

C. Plinius

Vitruvius

IOACHIMI VADIANI LOCORVM ALIQ VOT

autē rei idex est stella Canopi, quae his regiōibus est ignota, renūciātibus negotiatoribus, qui ad extremas Aegypti regiones, proximasq; vltimis finibus terrae terminaciones fuerunt. Viden diserte Faber? Vitruuiū tradere, terrae in globū intumescentis obstantiā in causa esse, quo minus meridiani cœli aliquot stellarum configurationes nobis conspicibiles sint: sicut e regione nostræ arcticæ stellæ illis, qui æquata nobiscum latitudine ab æquatore in meridiem vergunt, pari contrapositorum ratione conspicuae esse nequeunt. Plinius ergo hunc Vitruuij locum mutuatus. lxxij. cap. libri secūdi. Reliquorum, inquit, quæ miramur, causa in ipsius terræ figura est, quam globo similem, & cū ea aquas iisdem intelligitur argumētis. sic enim fit haud dubie, vt nobis Septentrionalis plagæ sydera nunquam occidant, contra meridiana nūquam oriātur, rursus hæc ab illis nō cernātur, attollēte se cōtra medios visus terrarum globo. Hucusq; Plinius, veram & Astronomicam rationem redēs, cur fiat quod certis in locis stellæ partim lateat, partim appareat. Nec id aut nebulis, fumis, nubibusue (quis enim incerta hæc, & mutabilia pro æterna nō visorum syderum lege receperit?) fieri arbitratur: sed hac causa, quæ & peculiaris, & perpetua est, quod cōtra medios hominum visus terrarum se globus attollat. Hoc Ptolemæus docet: hoc Vitruuius cōfirmat: hoc ipsum Janus de Regio mōte Germanorum in Mathematicis gloria, & sui æui rarum decus, vt triujs etiam & tonsoribus notum relinquat: hoc tota Astronomorum, & Geodetarum cohors inter præcipua receptæ veritatis axiomata circūfert. Perpende igitur doctissime Faber, iudica, dinosce, temere ne animis hāc de situ Taprobanes quæstionē moderim, non admodum fateor grādem: cæterū quæ a diligēti, & iuuādæ veritatis studio interprete, præsertim vbi tāti viri dñe incredibili, &, vt ego sentio, fabulosa authoritas v̄geret, prætermitti nō potuerit. Ain: in Taprobanie Septentriōes nō cerni? Quæstio est, vbi sitam esse Taprobanen credas, vltra ne æquatorem an citra, an vero sub æquatore. Quod si vltra esse putas, quāt oſpatio vltra positam existimes, vt mergēte ſe polo nostro, etiam Septētrio apparere definet. Porro si sub æquatore statuis, dico polum etiā cernere eos, nedum Septētrionem. Si citra statuis, velut bonam eius partem Ptolemæus, iam eximiæ cōspicibilis vrsa fuerit. Si vltra, nō dubium fit esse etiamnum deuergētiam, in qua vrsa cerni queat, nec licet de hoc dubitare, cum demōstratione id cōstet. Quod si incolarum adeo aut hebes animus, aut ſuſida ſolertia eft, nihil iſt hoc ad hanc rem attinuerit: cum ſint apud nos etiam doctrinæ nomine cēfi viri, qui magnam partem syderum verticem etiam obeūtum ignorant. Quod si nō doceas vbi Taprobane ſita sit, quid obſecro de ſtellis in ea aut latētibus, aut cōspicuis, quod dignū fit. fide, proferes? Perinde iſtud tale fuerit, atque ſi aſſeueres magnorum luminarium Eclipses in quamvis indi- catam longitudinem ſciri poſſe, & interim neges de magnitudine Solis & Lunæ nobis compertū eſſe. Porro quemadmodum fieri nequit, vt ſic cognita Solis Lunæ magnitudine qui cquā certi & pēsi de Eclipsibus tradi poſſit: ita extantium latētiumq; stellarum historiam de vno aliquo, vt ratio poſtulaſ, loco tradere nullo modo queas, niſi a cauſa eius rei principioq; ordinaris, parallelo ſcili- cet latitudinis, cui locus, de quo ambigimus, ſubſit. At vero Claudius ille Ptolemæus, patria Ae- gyptius, qui ſub Antonino floruit, incōparabilis doctrinæ Mathematicus, eiusq; artis, quam pro- fessus eſt, totius posteritatis iudicio princeps, ac multis etiam Plinijs citra cōtrouersiam anteferē- dus: qui primus apud Græcos cœli rationem omnem diligētius explicuit, & pleraq; veterum in- ſtrumenta ab antiquitate vindicata clarius demōstrauit. cuius eximiæ doctrinæ clarissimi Mathe- maticorum id tribuere non ſunt veriti, quod ſuo Pythagoræ magnæ olim Græciæ ſchola tribuit, vbi in re quapiā cōfirmāda ſatis eſſet dicere οὐτ Θέφη, quando ille ſemel omnia aut veriſimilibus argumentis, aut efficacissimis demōstrationibus muniſſet. Ille inquam Ptolemæus libro Cosmo- graphiae ſeptimo, Taprobanen ita æquatori ſubdit, vt duodecim graduum citra hunc in Septen- trionem, vltra in Austrum duorum graduum & dimidijs latitudine abeat, a Boreo promontorio ver- ſus nostrum latus extimo, & meridiem versus ab Orneorum extremis mēſuratione ſumpta: vt exi- ſtimare tuto poſſimus Taprobanen longe amplius in latus nostrum ab æquatore quam in Austrum protēdi. Quis autem cogitare etiam poſſet, nedum dicere, leuibus indicijs motum Ptolemēum, iſt hęc in orbis terre mensuratione mandare literis, & abſque diligentí obſeruatione, quam vel ipſe adhibuerit, vel alijs adhibendam commiſerit, in hanc ſententiam posteris tradere voluiffe? Præ- ſertim quod Aegyptius fuit, & Alexandrinę negociationis occaſione, que ſua etate per ſinum Ara- bicum ab India & Oriente vniuerso vectis mercibus frequentiſſima fuit, omnia per diſcere ſine diſ- ſicultate poſuerit. Ut interim ne dicam quam facilis certaque vel pugillaribus instrumentis, quo- cunque in pelago fluctues, quacūque oberres regione, latitudinis obſeruatione eſſe queat. Quāquam haud ſatis certum habeam, quatenus receptiſſime Ptolemēi ſentetię fidē adhibitus ſit Camers noster, ex quo cum Cynico querere coepit de cœlo differentem: Quando de cœlo venisti? Equidem nescio fuerit ne in cœlo vñquam, quando vixit Ptolemēus: id quod de Prometheus Poëtę fabulan- tur. Illud ſcio, preclaro Poëta teſtante: Cœlestes animos, quibus hoc cognoscere pīnum, Inque- domos ſuperas ſcandere cura fuit. Et Ptolemēum ferunt veritatis magis quam querendę glorię ſtudio, hoc ſibi Epitaphium ſe reliquifſe, vere cundiffimum mea ſentētia, & puriſſimum; Mortalem quamvis me norim forte creatum. Dum tamen astrorum ſcrutor in orbe vias, Sum pedibus tellure procul, iuxtaque Tonantem Afſideo diuus, paſcor & Ambrosia. Quo qui dē ſatis ſignificat in cœlo ſe fuſſe, verum aliter quam Camers velit: qui, niſi fallor id, quoque cū Cynico expoſtulat, vt cor- pore preſens

Plinius.

Ioannis de
mōte Regio.

Acute.

Similitudo.

Cf. Ptole-
mei laus.

Ouid.

Ptolem.ei E-
pitaphium.

EX SVIS IN MELAM COMMENT. EXPLANATIO.

pore præsentes astra manu prehendat, qui de eis veri quicquam referre mortalibus velint. Quia in sententia si constare posset Camerum persistere, littus (quod aiunt) hoc instituto meo arare: quippe qui persuadere nequirem virum tantum, vniuersæ Astronomiæ non principia solum, sed ipsam etiam professionem quanta quanta est, hac vna interrogatione subvertentem. Vnum me solatur, ut quoniam nuper ab Hispaniæ occiduo littore mira celestitate in insulas meridiei, & remotiora Indiæ littora nauigari cœptum est, sperari possit futurum, non priuatos tantum, sed etiam principes occasione arrepta, in hanc rem inquisituros, de qua adeo mihi cum Camerte non cōuenit. Interea susque deq; ferendos existimo, qui Ptolemæi autoritatem, tanto eruditorum cōsensu, tot seculis veneratam negligere malunt, quam Rachiæ comitibus, qui Romam venerint, dubium quam peritis, quamue veracibus, fidem non adhibere: idque non alia magis causa, quam quod dignos si de Plinius iudi cavit. Iam Camers, reor, inquit, in hisce rebus nobilium scriptorum autoritatem, ho minumque experientiam rationibus præferendam, &c. Suspiciuntur alij quod velint, ego vt existimare nolim, ita haud possim, si velim, Ptolemaeum in parallelorum latitudinis designatione redēda, absque diligentis obseruatione, & experientia memoriæ prodidisse quæ prodidit. Quem cū exactissime tradidisse videamus, quæ ad Europam, & Septentrionis latus pertinēt, latitudine præsertim adamassim obseruata: qui dubitemus pari eum diligentia, & certitudine de locis in Austru expansis, in Aegypto præsertim agentem referre potuisse? Doleo profecto ita cadere hoc in loco, ut tanti viri autoritas in re leuicula notaque iuuanda mihi sit. Atqui te nil refragari Ptolemaeo forte dixeris. Si ita est, fateberis velis nolis in India, inq; Taprobanè conspicuos esse septentriones, urgente etiam, quod mox viderimus, Plinio. Sed priuata, inquis, causa est, quæ id prohibeat. Quæ nebulæ ne aut crassus aér? Cur ergo Seres aspiciunt tanto interuallo oceani & continentis se iunctos? Porro si Vergilius non cernunt, nec Lunam semper vident, nec Septentriones insignia sydera intuentur: qui credam alias eos videre posse stellas? Non dubito autem me nobiliū scriptorū autoritatē, simulque hominū experientiam veterū scriptorū traditionibus & rationibus confirmatam, tuto sequi, si in latitudine locorū obseruata, omnes alios qui bene dixere, i uno Ptolemaeo, eoq; principe Mathematico fuero secutus. Tu vero iubes vt Rachiæ legatis credā. Qui possim? Primum aiunt non videri Lunam nisi ab octaua die in decimamquintam, siue decimāsextā, hoc est plane ab eo tempore, quo semiplena emergere incipit, vsq; ad id tempus, quo pleno orbe resplendet, nec multo vltra; hic enim dierū Plinianorū numerus a noua luna initiū sumit. Cū vero constet Lunam ingēti sese altitudine omnibus, qui intra tropicos habitant, attollere, etiam cū latitudine in alterutru latus ab Ecliptica declinat, itēque bis verticē obire in mense: qui possim credere non cerni eam, cum & maxime licet, alte incedentē, & toti aliqui orbi cōspicibilē? Præterea cū semiplenam supra terram cernāt, donec impleatur: quæ (malū) ratio obstiterit, cū eo modo decrescat, quibus accretuit, quo minus eam his etiam diebus videant, quibus in semiplenam deficit? Accedit ad hæc, quod altior apud eos æstiuis mēsibus umbra est nocturna, propter dierū noctiūq; maiore æqualitatē, vbi sydera omnia magis conspicua fieri necesse sit. Rursum tenuis aëris liquida puritas est, qua fieri etiam Camers existimat, vt Seras longe in continēte Indiæ a Taprobanè remotos aspiciat. Pariter autē falsa friuolaq; existimamus, quæ de Vergilijs illi garrierūt, sydere eximiae lucis, & quod non temere vñquā sese vel lucidis noctibus oculis contuētum subtrahat. Hæ cū stellæ sint, quæ septē dici (ait Ouidius) sex tamē esse solēt: qui fiat, vt Canopo eximielucēte, quā stellam esse octauæ sphæræ indubium est, hic quidē noctū videatur, illæ autē vna cū Luna videri non possint? Quod ad locorū incolas attinet, quorum fidem adeo extollit Camers noster, neminē existimo latere, quā lubricæ plerunq; fidei sint, quæ plerique suis de locis iter dum afferūt, plebeis subinde, & naturæ rerum ignaris miras nugas, aut ambitione ingerēte, aut suppeditatē iactantia: adeo vt non raro de rebus manifeste falsis affirmare constantissime non vereantur. Velut non ita pridē cum mihi cū homine Scotto, nec incepto valde, nec imperito, paulo tamē ad nugandū proniore, de quantitate dierū noctiūque contētio esset: interque alia dicere in Scottia brumæ dies multo nostris breuiores esse; alte ille occlamare cœpit, & me tantum non mēdacijs arguere, quod constaret (ita nugabatur) diē brumæ in Scottia illa sua esse amplius octo horarum, ac prope vernę serenitati simile. Quod falsum esse constat ex demonstratis Ptolem̄i, & omnium Mathematicorum assertiōnibus, etiam si tota reclamet Scottia. Nuper quoque miles veteranus ex Heluetijs in magna hominum frequētia, cū me præsēte multa miraque de graui illa Caroli Gallorū regis expeditione in Neapolim & Calabriam, cui interfuerat, meminisset, tandem in lenis quæ illic foret hyemis præconia incidit, mox æstiui caloris molestiam memorans: ea causa fieri vtrūque asserebat, quod æstatis dies nostris longiores effēt, rursum hyemis breuiores: nec dubitare de hac re oportere aiebat, quando diligētissima obseruatione id deprehēdīset videlicet. Id ego si ita mandassē literis, & posteris reliquissē, quē putas docte Faber risum, vel rudimentorū sphæræ peritis nostra credulitas mouisset? cū vtrunque contrario modo euēnire constet. Naturæ igitur maiestatē eleuant, qui frigidis & incertissimis historijs moueri malunt, quam suis nixam legibus, & illustrium scriptorum inuētis indicatam naturæ constantiam, quam diuina quædam ratio moderatur, agnoscere. Porro quantū Legatis illis nugari libuerit, longinquitate credo fisis, quæ (vt Strabo ait) facile carpi non possit, hoc ipso satis patet, quod ex eorundē relatione subiunxit Plinius sic: Sed maxime mirum ijs erat umbras

Vadianus
Rachiæ co-
mitibus non
credit.

Peregre ues-
nientium lus-
brica fides.

Carolus
Gallorū rex

Sententia.

Plinius;

IOACHIMI VADIANI LOCORVM ALIQVOT

vmbbras suas in nostrum cœlum cadere, non in suum; satis hoc ipso quam periti essent rerum naturę
 testati. Obsecro te, si sub æquatore Taprobanie iacet, an non Brumę vmbram habet in nostrum cœlum
 cadentem? idq; multis mensibus, ac non paulo lōgiorem, quam vmbram habeat meridianam,
 cum maiori parte in nostrum latus insula deuergat. Quid igitur tantopere admirari iuuabat, quod
 nullo non anno fuissent experti? Rectius multo Lucani Arabes, quod nostro in latere vmbras tan-
 tum dextras haberent, mirabantur: quales & in Arabia frequenter obseruassent, ita tamen ut inte-
 sim sinistre quoque caderet. Mirum autem nihil a veteribus illi, qui ante Taprobanem orbi pate-
 cissent, de hac re mira nihil tradidisse. Nam Solinum & Capellam ex Plinio, quę de hac insula pa-
 diderūt, mutuos constat, suppresso (vt solent) authoris, a quo foenerati essent, nomine. Nec verbo
 quidem uno, quod sciam, eius rei Diodorus meminit, lubricę & ipse fidei in multis author: nec in-
 iuria puto, perfaceta ironia taxatu: a Plinio in epistola liminari ad Vespasianum, quando dixit:
 Apud Græcos desist nugari Diodorus: & Βλασθημας historiam suam inscripsit. Strabo autē ma-
 gno iudicio in veterum censendis lucubrationibus vsus, a principio libri. x v. manifeste testatur, ple-
 runq; diuersa tradidisse de Indię rebus etiam illos, qui eam se intrasse iactassent. Porro & secundo
 libro Deimachum ait grauem authorem prodidisse memorię in nulla Indię parte Septentriones
 non cerni: quod auspicijs, vt sic dicam, Ptolemaei supra omnem veterum laborem, recentiorum di-
 ligentia deprehensum est. & erunt indubie magis clara omnia, cum qui illuc nauigant, peritis rerū
 conductis principum iusu nihil non obseruabunt. Quantum autem recentiorum experiētię tribui
 debeat, vt Ptolemaeum missum faciam, Strabo testatur, toties cum vetustate congressus, quādo in-
 terim errasse eam, interim non exacte tradidisse, multa vero ad eorum notitiam nō peruenisse de-
 monstrat. Sed Camers, constat, inquit, multorum experientia in Australissimis Indię partibus, um-
 bram in meridiem ipsum cadere, quod ab authoribus probatissimis proditum esse ait, tanquam sint
 qui in re confessi dubitare voluerint. Rursus Taprobanen multo Australiorem quolibet Indię lo-
 co nulli in dubium verti debere ait: qua de re consequens esse ait, vt in meridiem vmbre in Taproba-
 ne cadant. Primum, non est necesse locum, qui in meridiem vmbram iaciat, plane Australissimum
 esse; cum omnis locus inter Cancri tropicum & æquatorem, nostri lateris Sole solstitium faciente,
 in meridiem vmbram declinet; præterea in Australissimis aliquot Indię partibus etiam in Septen-
 trionem vmbre cadunt; neque vñquam legi a quoipam hac de re dubitatum. Cæterum quod afferit
 indubium esse Taprobanen esse Australiorem quolibet Indię loco. Ptolemaeus negat; cum quo equi-
 dem errare malo, quam cum eo inferioribus verum dicere. Hic autem & Chersonesum, quæ citra
 Gangeticum sinum est, æqua latitudine cum Taprobanie in Austrum abire ait: & Catigaram Sina-
 sum gentis ciuitatem in continente Indię trans sinum Gangeticum stam nono fere gradu vltra
 æquatorem iacere memorat: cum Taprobanie ad alterum tantum & dimidium attingat. Accedit
 ad hoc, quod Strabo & Plinius septem dierum nauigatione a proxima ora continentis abesse Ta-
 probanen dixerunt, quod certe non assuerassent, nisi constitisset id tempus peculiariter ea nauiga-
 tione absumi. Qualiter Acronium nostrum alicubi quatuor horarū spatio nauigari posse dicimus,
 quod id tempus trāslatitum sit, & quod in mercede postulanda æstimare nauitę soleant. Quan-
 quam si vehementes obstent venti, ne octaua quidem hora transmittas: si secundi sint & validi, eti-
 am duabus horis ab Arbona Buchornam, vbi latissimus est, vento feraris. Cæterum quoniam hæc
 fortuita sunt, & insperata, in consueti & vsu deprehensi temporis, vt sic dicam, canonem non reci-
 piuntur. Ita qui ex Venetijs in Palestinam nauigant, tardius citiusq; prout vētorum ratio tulerit,
 perueniunt. Nihilominus tamen tempus nauigationi præscribunt, cui æstimate merces a vectori-
 bus expendenda respondeat. Quid, quod Plinius haud recte credidisse ait illos, qui vigesimo pri-
 mum die hanc Oceani partem traiisci prodiderunt? Cū verisimile foret, Camertis sententia admis-
 sa, vt aduersis ventis prohibiti, vix etiam vigesimo perueniret. Rursus autem, inquit Camers, ex-
 perientia deprehensum est, quibus in locis in die vmbre non sint. Septentrionem non conspici. &c.
 Sic quidem ex Onesicrito Plinius. lxxv. capite libri secūdi in fine retulit. Ego vero, quoniam ratio
 ita postulat, & vt faciam, Camertis me de Plinianis oraculis fiducia vrget, tria hic ordine proba-
 bo. Primum. Non Ptolemaei testimonio solum & omnium Astronomorum consensu, sed ipsius Pli-
 niij autoritate conuinci, Septentrionem in his etiam locis conspicuum esse, in quibus in die vmbre
 non sint. Secundum. Pliniij autoritate probari posse vel euidentissime sub æquatore habitantibus
 conspicuum esse Septentrionem: quanquam Plinius idipsum inibi tanq; verum recipit, quod re ip-
 sa falsum est. Tertium. Plinium diuersa, & sese collidentia tradidisse, ita vt alterutrum falsum esse
 necesse sit: idq; non diuersis locis, quod tamen ingenti in opere diuersa cogitanti sibi non semel ob-
 tigit, sed uno eodemq; fere capite, vbi nihil magis ex professo tractarit: quod equidem vt ignoran-
 tiae adscribi non debet, ita negligentiæ incuriæq; notæ eximi non potest. Quibus tamen longe di-
 uersa, & ex diametro, velut aiunt, pugnantia pluribus ratiocinando contra ea quae prius tradidis-
 sem, Camers collegit, cui ne amplius vindicandæ calumniæ negotium pariam, age dum ordine om-
 nia, quo instituimus, demonstremus. Primum omnium Plinius cap. lxxij. secundi libri de Septētrio-
 ne locutus. Idem inquit a Rhodo absconditur, magisq; Alexandriæ in Atabia Nouembri mense,
 prima vigilia occultus, secunda se ostēdit in Meroë solstitio, vesperi paulisper appetet, paucisque
 ante exortum Arcturi diebus pariter cum die cernitur. Haecenus Plinius. Qui idem, lxxv. capit.
 Quibus

EX SVIS IN MELAM COMMENT. EXPLANATIO.

Quibus in locis in die vmbre non sint, Septentrionem non conspici ait: & ea loca appellari $\alpha\pi\alpha$, nec horas dinumerari ibi, &c. Horum priori loco fatetur Plinius in Meroë Septentrionem bis certi. Quam tamen insulam constat eodem authore (ne Ptolemaeum nominem) supra Syenem in Austrum versus quinq; milibus stadiorum in amne Nilo habitari, vt cap. lxxv. eiusdē libri tradit. At qui Syenem, vt est ex Plinio notum, parallelus solstitialis ambit: consequens est ergo, vt eo in loco quibus in die vmbre non sint, Meroë sit, in qua, teste Plinio, Septentrion cernitur, quod secundo loco repugnat. Illud autem nemo credo ignorat, quod loca in quibus in die vmbre non sunt, intelliguntur omnia ea quę intra tropicos parallelos, & sub ipsis tropicis iacet. his enim solis in die vmbre non sunt, non quidem continuę, sed quando in parallelo verticali Sol voluit: cuius radius cum in meridiem ascenderit, Catheto, id est perpendiculo incidit, nec aliquam vmbra efficit. Putare enim loca esse, in quibus vmbrae semper in die non sint, hoc est meridiei tempore semper absumentur, adeo ridiculum est, vt Plinium ita putarē, sine verecundia suspicari nemo queat, aut debeat. Quanquam videam ingenti suspicione non carere quod dixit, nec horas dinumerari ibi: tanquam Scioterica horologia esse nequeant in locis, vbi vmbre non sint: & hoc modo Plinius loca esse crediderit, quę simpliciter vmbra illa saltem meridiana careant: quod ipsum vt videre plane non possum, ita Camerti aestimandum relinqu. Ac de primo quidem hactenus. Pro secundo, scribit Plinius cap. lxxv. secundi libri, In India gente Oretum montem esse Maleum nomine, iuxta quem vmbre in estate in Austrum, hyeme ad Septentrionem iacentur: & addit quinde cīm tantum noctibus ibidem apparere Septentrionem: quo in loco estatis nomine sex mensium spatium intelligit, sicut & sex menses in hyemis vocabulo. Quod mox. xix. cap. sexti libri docet in hæc verba: Quorum mons Maleus, in quo vmbrae ad Septentrionem cadunt hyeme, estate in Austrum per sexos menses. &c. Quod si ita est, necesse est sub æquatore modis omnibus Maleum esse; alioqui fieri nequit, vt vtranq; vmbram pari duratione sex mensium habeat. Quod facile sic demonstro. Totus Zodiacus, authore Plinio cap. lxxij. lib. secundi, intra tropicos cōtinetur, æquinoctiali medio ambitu eundem incidente: ita vt sex signa in Cancri solsticialem, reliqua sex (duodecim enim sunt) in Capricornum vergant, medijs initijs Arietis & Librae æquatore traiacente. Quanq; nō sum nescius, in octonis signorum cardinalium partibus æquinoctia solsticiaq; & Vitruium, & Plinium statuisse. Quod si ita esset, vt non est, constaret tamen nihilominus circulum Zodiaci. Plinio teste et Vitruius, in æquos hemicyclos duos diuidi: ad cuius initium hinc octaua pars Arietis, hinc Librae foret, æquabili nihilosecius hinc & inde vmbrae ratione. Sed de illo dicere iam nō attinet. Quū vero constet singulis mensibus singula signa Solem permeare, æquabili supputatione facta, Solis autem motum, qui constantissimus est, & ab Ecliptica nunq; exorbitat, annuum esse: hoc modo sex mensibus Maleo dexter, rursus alijs sex sinister erit: iacietq; dexter sinistram vmbram, sinister vero dextram, duobus tantum æquinoctiis diebus vmbram Catheto incidente suo in vertice absumentis. Atqui ad Maleam quindecim diebus Septentrionem cerni ait. Quod si vt verum Camerti dominus, fateatur necesse est sub æquatore Septentriones cerni posse. Taprobanen autem Camers bona saltem parte sub æquinoctiali sitam videri, non admodum negat. Nunc quia falsum esse Ptolemaeus indicat, Taprobanen ab Indię continente seunctam subdens, & quantum distet explicās: consequens tamen est Plinium negare non posse, vel sic videri Septentriones sub æquatore cerni, postquā in hanc semel sententiam retulit. Hoc enim tradidit, in loco videri vrsam posse, in quo Sol dextram vmbram sex mensibus iaciat, reliquis sex sinistram, hic autem locus nisi sub æquatore esse nequit. Nisi forte Maleam montē, quem iam dicta in Taprobane lib. vij. Ptolemaeus statuit, intelligere malumus: proxime enim sub æquatore imminet, & iuxta non Oretas, sed Orneos populum habet, quorum &. xv. libro Strabo meminit, tantillo a Ptolemaeo diuersus, quod insulę promontorium alicubi Maleam vocat. Hæc autē ratio multo magis ad verum loci situm quadraret. Quanquam cum Plinio ipse quoq; Hermolaus Oretas intelligere mauult. Sed de hoc suo loco. Et hactenus de secundo. Tertium confirmare ex iam probatis non est difficile. Negat Plinius, & experientia constare Camers sit, vbi vmbrae in die non sint, ibi Septentrionem non aspici. Idem in Meroë insula, & iuxta Maleum montem, quem sub æquatore esse Plinius voluit: reuera autem trans Cancri-tropicum situs est, Septentriones interdum cerni ait contrarijs sentētijs, & sese collidentibus: ita tamē vt experientia & clarorū authorum testimonij constet, his in locis, quibus in die vmbrae non sunt, Septentriones liquido videri posse. Illud miror, Plinium dicere potuisse in Troglodytice vicina Aegypto illos non cerni: & permisisse int̄ orim vel sub æquatore eos cerni posse. Sed aliorum inquis placita prodit Plinius, non sua. Demus, spero tamen me id consecutum hactenus, vt negare nequeas diuersa contrariaq; prope uno in loco Plinium de eadē re, hoc est de Septentrionibus, suo operi indidisse: quod eum de industria fecisse quis existimarit? tanta tradendi fiducia, & euidē tissimis argumentis iudicij adhibiti, & selectus facti, non uno in loco eius libri extantibus. Quanquam ea modestia cum cōmētarer fui, vt indicare hos locos tum noluerim: iam cum videam temeritatis suspectiōe premi a quibusdam, quę officio, quę cādori, & diligētiæ tributum iri sperasse, monere lectorem libuit, ne Plinius authoritate seduceretur: multa ī hoc præclaro scriptore inesse, quae nō aliorum tātum, sed suo etiam ipsius testimonio falsa fruolaque conuincerentur. Suspiciari vero quis posset vel Atlātis iuga sub Aegypto, vel Emodi Tauriue in India obstat, quo minus vtrinq; ab accolis

Quibus in locis in die umbras non esse intelligi / gendum sita

Secundum.

Malea in Ta
probanc.

Tertium:

Plinius dī /
uersa & se /
se collidētiō
tradit.

IOACHIMI VADIANI LOCORVM ALIQVOT

Nota.

ab accolis cerni hoc sydus possit. Profecto si hæc ratio mouere quenquam velit, quando in Germania montium accolis idem usu veniat, ut impidente altitudine cum circum radice ipsi ad habitet: dicere opus habebimus, in Germania non minus quam in India vrsam alicubi non cerni. Eam ob rem eruditioribus paulo in mentione apparatum vel occultorum syderum, montium altitudo non æstatur, sed solius finitoris habetur ratio. Horizon enim propositi loci hemisphaerii ambit, quoque in loco tandem prospicias. Porro si mons obest, quo minus cernas, montem ascende, ut contuearis: par enim ratio fuerit, quantum ad Horizontem attinet, & coeli hemisphaerii e monte ne an loeo plato prospicias. Multi sunt apud Heluetios pagi, ita in Septentrionem expositi, & immanibus Alpium iugis subiacentes, ut per Brumam ne Solem quidem aspicere possint, ne dum hydram illam Austrinam, crateremque aut cornu, siue aram. Propter quod tamen a nemine recte dici autumo, craterem aut aram apud Heluetios non videri. Similis ratio de nebulis aut fumis fuerit. Oportet enim nec crassum nec turbidum aërem esse, per quem ad Seres, qui in Taprobanem sunt, prospiciunt. Illam igitur non apparentium stellarum rationem, quæ Mathematicis probatur, hoc est, quæ ad Horizontis designationem, & terræ rotunditatem pertinet, retinere debemus, ipso ante alios Plinio monente, qui, lxxij, capite libri naturalis historię secundi, de stella, quam Cæsaris Throno vocant, deq; alijs in Italia non conspicuis locutus, in hæc verba tradit: Nec Canopum Italia cernit, & quam vocant Berenices crinæ: item quam sub diu Augusto cognominauerunt Cæsaris Thronon, insignis ibi stella, adeoq; manifesto assurgens fastigio incurvatur, ut Canopus, ut quartâ fere partem signi vii supra terram eminere Alexandrię intuentibus videatur: eadem a Rhodo terram quodammodo ipsum stringere, in Ponto omnino nō cernatur. Vides Faber doctrinarum decus? quam manifeste Plinius fateatur conspicuam esse stellam, quam diu supra Horizontem est, etiā si terræ stringere aspicientibus videatur: Quanquam graphicè Cæsaris Thronon deuergétem depingat, donec sub Horizontem cadens evanescat. Nulla apud Plinium vaporum, nubiumque, aut nebulosum mentio est, fortuita illa sunt: cumque varient, certi qui cquam, quod in stellarum prospectu recipiamus, afferre nequeunt. Idem Plinius in eodem capite hæc dignissima memoratu verba habet: Navigantiū hæc maxime cursus deprehendunt, in alia aduerso, in alia prono mari, subitoque conspicuus, atque ut etemto emergentibus, quæ in anfractu pile latuere, syderibus. Neque enim, ut dixerat aliqui, mundus hic polo excelsiore se attollit, ut vndiq; nō cernant hæc sydera: verū hæc eadē quibusque proximis sublimiora credunt, eadēque demersa longinquis: utque nūc sublimis in deiectu positis videtur hic vertex, sic in illam terræ deuexitatem transgressis illa se attollit, residentibus quæ hic ex cella fuerant, quod nisi in figura pile accidere nō posset. Hæc Plinius: quibus apertissime testatur tota ratione aspectus syderum, aliam atque aliam esse diuersis locis, propter rotunditatem maris & terræ: eoque modo fieri, ut interim supra finitorem conspicua sint, quæ pauloante delitescebant: rursus alibi evanescente videamus ex oculis, quæ pauloante extabant. Horum vanitatē coarguens, qui certū syderū prospectum esse uno ambiente Horizonte, neque variari eum posse tradidissent. Iam ut ad Taprobanem reuertamur, quo in sensu illud accipiemus, quod capit. xix, libri sexti de Malea locutus, in hæc verba subdit: Septentriones in eo tractu semel apparere, nec nisi quīdecim diebus, Betō author est: hoc idem pluribus locis Indiæ fieri Megasthenes tradit. Vides? ut fateatur pluribus in locis Indiæ hoc sydus cerni, etiam si raro, ut non possim in hanc suspicionē nō venire, apud veteres nō visi in India Septentrionis opinionem inoleuisse: hac maxime causa, quod avium volatu velificantes illi stellas simul omnes negligant: quæ ratio tamen vrsis in nostro mari magnam faunam & præcipuam notitiam peperit: ad quod accedit, quod in Horizontem inclinant illis vrsæ, & cottidie non parū profunde occidunt. Tertiā rationem etiam Camers recipit, ea gentē vecordia videri, ut nec discerat inter sydera, nec sane quo motu, quaque apparitione varient, facile videre queant. Postremo constat Septentrionem illis velut alia quoque sydera cum Sole occidere interdum, rursumque oriri oriente Sole: quo tempore sane nec noctu cerni, nec die videri queunt, mox sensim enasci, & iuxta Horizontem primum paucis horis apparere ab occasu, dein longius longiusque, donec eximia altitudine luceant, sicut solent stelle, quæ nobis heliacē occidunt, ut Astronomi tradunt post rursum exortentes. Ita in Arabia & Meroë aliquando Septentriones apparete, ex Pliniis traditione licet suspicari. Porro quod autumant plerique, latus Septentrionis ab Indis longissime distare, ac ideo mirum non esse, si vrsæ quæ proximæ sunt polo, tanto interuallo non videantur, ratione caret, & ignorantiae secum suspicionem trahit. Quandoquidē tota terra cum mundi centrū sit, non aliam habet ad cœlestes illos orbis collata rationem, siue proportionem, quam puncti cuiusdam, ut ipse etiam Plinius tradit, terram vniuersam nō aliud quam mundi punctū affirmas. lxx. capi. secundi libri. Dioptræ quoque vesus magno arguento confirmat, cū per eam æquinoctiū tēpore ex eadem linea ortus occasusque cernantur, velut recte Pli. docet. Porro quoque in loco, quacumque in regione cœlum intueris, nullum sydus, nulla stella octauæ sphæræ magis ab oculi obtutu abest distatue, quam alia: cum horizonis tui centrum semper vestigis premas, a quo nimirum lineæ ductæ in quacumque partē hemisphaerij cœli trahi imagineris, æquales sint necesse est. Præterea cuiuslibet Horizontis puctus centro terræ respondet, & cum cœtro mundi eandem habet rationem: & quanquam semidiometri a centro mundi ad punctum superficie terræ, quam occupas, ducti notabilis quantitas est: ea tamē a clarissimis Mathematicorum insensibilis respectu cœli dicuntur: si enim in tota terræ diametro pucti ratio,

hoc

Plinius.

Insigne Plinius testimonium.

Plinius locus evidens.

Nota.

Refutatio vulgaris opinionis

Nota.

EX SVIS IN MELAM COMMENT. EXPLANATIO.

hoc est insensibilis quantitas inest, ad ingentem cœlestium orbiū ambitum collatę, quid dubites & insensibilem in semidiametro quātitatē inesse? ne quis obiter obijciat tales à pūcto vestigij, hoc est Horizōtis lineas ad circūferentiā ductas nō esse æquales: quāq; æquales vel hoc modo sint, qui cir cūquaq; in latera ad Horizōtē à pūcto vestigij mei ducuntur; hæc em̄ inæqualitas magis foret iuxta Zenith, q; iuxta latera Horizontiū, ad quę Septētriones tamen deuergūt ex India prospiciētibus. Posito igitur & concessō, quod sub æquatore Taprobanē faceat, velut Ptolemæus tradidit, nō mi nus cōspicua propter distātiā in illa Septentrio est, q; nobis aut Ara sit, aut Argonavis: nec vllā hi qui in Taprobanē habitant, stellā vel à meridie, vel ab ortu occasiue cernunt, quę ipsiis propior in octaua sphæra esse possit, q; sint Septentriōes. Patet hoc ex iā dictis. Id autē referre libet, ne quis alijs studijs deditus, dum hæc legat, vulgi captū, ac non magis ipsam veritatem sequatur. Nulla enim stella, firmamenti inspicienti tibi alia propior esse potest, quocūq; prospexeris. Dignā autem hoc in loco notatu rē non præterierim. Omne Horizontē pāte cœli cōspicuā, à parte, quę latet, ita diuidere, vt in duo æqualia diuidat, cui quidē æqua terrę marisq; diuisio respōdeat. Cæterum hoc iteresse, quod cœli dimidiū ab Horizōte descriptū, in superficie plana aut eminētē cōtuemur: dimidiū interim terrę marisq; quod huic respōdet, videre nō queamus. Prioris causa est collatio terrę ad cœlū insensibili quātitate, punctū em̄ est, vt diximus. Alterū evenit propter magnitudinē terrę collatam ad nos, & oculum prospicientis: cuius certū descriptumq; sit prospectus interual lū, velut Dioptici tradunt. Videndū igitur, ne quempiam seducat Macrobius, qui libro de Somnio primo de Horizonte locutus, Diopticorum placita sequitur, non Astronomorū: & Horizontē pun ctis linea visualis finit, vltra centum & octuaginta stadia videntis aciem excedere negans, ita vt totius diametri Horizontis trecentas sexaginta stadia esse intelligamus. Nobis qui de stellarum ap partitione & occultatione loquimur, non videndum quantum quis in terra prospiciat, sed quanta cœli pars extet, in quā ascendere sydera, & à qua rursum descendere stellas cōtingat. Dicimus igit Horizontem cīculum esse diuidentem inferius hemisphærium à superiori, vt Astronomi tradunt: ex quo intelligitur in Horizonte stantē stellam videri posse, quod & Plinius docet. Ne quis obiter id negare audeat, cum constet stellam, inter quam & Zenith prospicientis interuallum est non am plus. xc. graduum, liquido videri posse. Atqui hæc dimensio cīcunducta hemisphærium definit, & Horizontem designat. Porro si imaginemur terrę globositatem in duo æqualia diuisam, superiori hemisphærio ablato, ita vt ab ipso centro circumcirca prospicere stantem cōtingeret, velut ima ginatur Petrus Cameracensis: tunc haud dubie arcus designatus proculu diametri mūdi videtur, hoc autem est hemisphærium cœli. Quod si ita foret, quis neget cœli dimidiū è terrę superficie plana videri posse, cum quod semidiametri à centro mundi ad indicatam superficiem terrę du ctę, quantitas insensibilis est, ad orbes cœli & firmamentū collata: tū maxime quod tota terra, vna cum aqua, vna complexa rotunditate puncti rationē habet respectu firmamenti. Nec obstat, quod terrę conuexitas nobis prospicientibus non deprehēditur: & de ingenti eius magnitudine cōper tum habemus, quando Mathematicis demonstrationibus cōstat, hanc quanta quanta est terrę ma gnitudinē ad immensos illos orbes collatam, centri rationem habere: idq; ita esse & Dioptre probet usus, & nobilium instrumentorum fides indicet. Propterea Robertus Linconiensis Mathematicus peritissimus autor, in eo libello qui Compendiū sphærē inscribitur, Horizon, inquit, est circulus, qui diuidit medietatem cœli visam à medietate non visa. Radius enim visualis est, sicut linea contingē terrā, quę ipsa circumrotata faciet cīculum diuidentem cœlum in duo æqualia, cū ma gnitudo terrę sit insensibilis respectu cœli. Ecce parem rationē inesse docet in abscisione cœli per radium visualem, cīcunductum à punto superficie terrę, cum ea quā à vero centro Cameracensis fieri imaginatus est, propter insensibilem, vt dixi, semidiametri quantitatem. Quapropter nō du bitandum mihi cum Ptolem. eo, cūque recentissimis optimisq; Mathematicorum videtur, quin citra æquatorem, & sub eo multisque etiam vltra cum gradibus cerni Septentrio possit, efficacissimis rationibus idipsum comprobantibus: quarum partem pro ingenij nostri captu in Commentarijs Pomponianis explicui mus: idq; studiosorum, & veritatis iuuandę gratia, quando mihi persuasissim, nec candoris satis, nec officij esse in rebus disputatione dignis de industria cæcutire, & ob vnius & alterius scriptoris gratiam, aut autoritatem iuuandam manifestarios errores intactos transmittere. At Camers, Non laudo, inquit, eos qui Herostrati more τὸν κληρόνων aucupant. Hoc enim ante apud eum natum adagium erat, Herostrati gloria, in hominem qui ex re ne pharia famā queritat, qui virtute clarus esse nequit. Porro famam κληρόνων Græci nominant. Quam nouam paroemiam, quo minus in eos, qui nec querendę glorię, nec lacescendi libidine, sed iuuandę tantū veritatis studio, in loco veterum tradita acriori paulo censura deliniant, & non raro in questionē vocant, detorquere possim, Camertis diligentia factum est: qui suis in Solinum enarrationibus, qua cura, quo iudicio inumeros Alberti Magni autoris citra controversiam docti, locos plurimos testimauerit, annotauerit, obelis confoderit, planè constare arbitror. Absit autem, vt in ingenuo labore, & nullis non frugifera opera versatum Herostrati more τὸν κληρόνων aucupati voluisse dicā. Tanquam præterire me potuerit, hanc à remotissima mortalium memoria, veritatis iuuandę studio prærogatiuam semper fuisse, cui ne c tempori spacio, nec autoritate nominis cuiusquam præ scriberetur. Proinde licere hodie, semp̄que lieuisse studiosis, vt si quae aut obscure dicta, aut

Propositio.

Horizontiū ratio.

Macrobius.

Horizon

Petrus Ca meracensis.

Robertus Linconiensis.

Adagii nos sum.

Camertis laus.

IOACHIMI VADIANI LOCORVM ALIQVOT

Note.

incogitantius admissa in veterum libris inueniant, indicare ea, atque etiam coarguere possent, modo hanc prouinciam candido atque ingenuo proposito suscepissent. Id quod ego in Plinianis locis passim indicatis ita praestare volui, ut haerere me, & doctissimorum quorunque iudicium sustinere velle intelligerer, modo non nimis fidenter illi leuiculis rationibus nostra, que certioribus niterentur, rei scerent. Quod cum in nostris taxandis Camertem non admodum agere vidissem, & timorem maxime, ne tua mihi incommodaret autoritas, fateor me non alia magis causa, ut homini responderem compulsum esse. Porro in Plinianis locis indicandis aestimandi sive obsecro quid egi, quod in Alberto taxando Camers noster non egerit? Sesus ego totos, aut falsos, aut obscuros de prompsi, annotavi, praeterea & diversa attuli in medium: Camers ob subsultantem, aut perperam locatam syllabam aliquam, cuius culpam tamen librariis rectius aut vitiatis, ut illis erant annis, codicibus, que inscitie incuriae autoris tribuas, ita cum receptissime autoritatis viro agit, ut plerique misere spectandu tam non traducat, sed etiam falsissime rideat. Venia interim tot nominibus mente Alberto, qui primu iniquissimis temporibus aeditus, & in rudi, nec nisi armis dedita Germania natus id praestitit, ingenij felicitate non omnino succumbete, quod hodie vtriusque lingue peritia, felicium temporum ope, denique emendatissimorum codicum copia adiuti, aegre & cum labore a sequuntur. Iam Plinium & Melam clarissimos autores aureo literarum seculo floruisse constat, huc Hispanum quidem illum Transpadanum: vtrunq; tamen in magistra eloquentie Urbe Roma altum, in Italia doctrinarum nutrice versatum: ut non potuerint aeditis literatum monimentis cum fama priuata, tum publica posteritatis utilitati non consulere. Atqui ex hoc tercentum errata sustulisse Hermolaus ait, qui in eodem tam authore, quem posteri emendarunt, praeteriit. Cum illo autem ita egit, ut nisi fato quodam productus ad hanc operam nauandam Hermolaus fuisset, qui mediocra manu, & salutarem tot crudis, & tabidis Plinianae lectionis ulceribus adhibuisset, actum fuisse de Plinij autoritate eruditissimi homines existimat. Id si temporum iniuria media in Italia assertatis scriptoribus obtigit, quid Alberto in media Germania lacero, a barbarissimis transcripto, per omnia barbarorum collegia proximo seculo tracto, denique corruptissimis olim codicibus in commentando vso, quod manifeste multis in locis dinoscit, in tanta linguarum, tanta eruditorum penuria, obtigisse suspicemur? Huic nemo haec tenus suppetias tulit: nemo ut succurreret, misertus est. Igis coactus est aliorum etiam errata suae doctrinæ iactura sufferre. Cumque hodie sint qui in emendatis praeclaris scriptoribus, in obscuris locis passim extricandis, immortalitatem quodam affectent, ac laudis occasionem non ita raro ex aliorum erratis petant: nullus mortalius repertus est, qui non moritura Alberti opera a temporum saltem iniuria, & librariorum pudendis erratis vindicare voluerit: cum leui tamen opella quispiam, vel mediocriter peritus id efficere potuisset, ut non nisi paucis in locis tantopere sudare Camertem oportuisset. Cui tam gratia agende sint, quod leuiscula non praeterierit, & futuris Alberti sectatoribus viam fecerit emendandi, quem vel sua culpa, ut humanum est errare, vel librariorum oscitania non paucis in locis admissa sunt. Porro iurene an iniuria aliquos locos strinxerit, non est meum decernere. Ego certe Plinium in harenam deducturus, non raro petita venia praescriptis verbis honorem praefatus sum: quo in loco id Camers fecerit Albertum producens, nondum videre mihi obtigit. Denique nusquam adeo iniquo iudicio fui, ut Plinium receptae circa controversiam authoritatis scriptorem, quod uno & altero in loco, quod equidem obseruauimus, de rebus ad Mathematicam attinentibus incommodius dixerit. Dicam illi, ut ille ait, impetratae, velut ad tribunal Rhadamenti scriberem: aut quamvis aliam interdere formulam, quæ tam autem ignorominiosa esse potuisset. At vero quo Theatri eruditorum loco Albertum Camers dignetur, alios estimare malo quam coram, ne quid peccem, effari. Postremo cum indubie per omnia modestius cum Plinio egerim, quam egit cum Alberto Camers, persuadere mihi nequeo in eorum numero ab illo censem, qui Herostrati gloriam aucupari existimantur. Si vero crimen est anno tasse de quibus iuste dubitari debeat, & illaudatus est qui diligent lectione & multiplici observatione, non raro etiam lucerna adhibita, studiosis pro sua virili prodeesse pergit: non video quid commiserim, quod mihi cum Camerte, cumque multis alijs doctissimis viris non sit commune. Porro si reuiuiscat Alberto, idque obiciat Camerti quod Palemoni obiecisse Menandrum ferunt: quæcumque Camers bona venia dic mihi, cum me vincis, non erubescis? Egone Camerti erubescendum putem, qui tot locis adeo doce, tanto iudicio adhibito, lapsum esse Albertum indicat, ac de manifesto errore velit, nolit, conuincit? Veritatis studium candidum est, & pudoris nescium, quia & sua fruitur libertate: Erroris autem frequens comes esse verecundia solet. Hercle, ne Menander quidem erubescendum esse Palemoni recte iudicabat, ubi non proprio ille, sed concionis suffragio vicisset. Rectius enim dixisset: Quæcumque Athenienses bona venia dicite mihi, cum Palemonis fabulas meis praefertis, non erubescitis? Quod ad me attinet, malo paulo arrogantioris in annotando sedulitatis accusari, quam sustinere ut dissimulanti mihi, tum & adulanti illud Persianum quis obtederet. An Romule ceues? nec dubito quin paulo aequiores Plinij manes habiturus fuisset, quam illos habeam, qui ne attingi a me Plinium vellent, nedum coargui. Qui ipse tamen si permisit, ut priores se, quos passim secutus est, de dubiis rogarentur omnibus, quis dubitat & hoc permissurum fuisset, ut de manifeste falsis conuincerentur? Ut interim non dicam, quam insigni multis in locis exemplo, veritati patrocinandum esse reiecta autoritate monuerit. Nam libro ultimo,

Aeschylus

Albertus ue
niā meretur

Pro Camer/
ic.

Sentētia.

Plinij in cas/
stigando li/
bertas.

AD RVD. AGRICOLAM EPISTOLA.

Aeschylo orbis ignoratiā opprobat, quod Eridannum in Hispania esse, & eundem Rhodanum appellari dixisset: præterea & Euripidi, & Apollonio, quod in Adriatico littore confuere Rhodanum & Padum credidissent. Postremo in Sophoclis sententia adducta de succino, demum sic ait: *Quod & credidisse eum, vel sperasse alijs persuaderi posse, quis non miretur? quamue pueritiā tam imperitam posse repetiri, quę auium ploratus annos (ita tradiderat Sophocles) credit?* lachrymasque tam grandes, auesq; e Græcia, vbi Meleager perīst, ploratum esse in Indos. &c. *Quis vero neicit toties mendaciorum & vanitatis leuitatisq; Græcos a Plinio damnatos? nominatim aliqui cubi taxatis qui vel leuiter connixissent.* I nunc, & persuade mihi æquo animo non laturum in suis Plinium fuisse, quod ipse in aliorum lucubrationibus tanta fugillandi libertate egisset. Ego sane cū viderem opus historiarum nature eruditum esse, nec minus varium, quam ipsa natura, velut Plinius tradit. *Nepos: tantum semper illi tribui, quantum nemini alijs, hodieq; nullum alium scriptorem libentius frequentiusq; lego.* Sed labi tamen & errare potuisse, vt mihi persuaserim, primum illud inuitauit, quod ipse humanum esse arbitratur hallucinari, & omniū non meminisse: præterea quod anno sexto & quinquagesimo in ipso prope ætatis flore violenta morte decessit, medio tempore cum officiorum molestia, tum principiū cura & aule studio inquietissimo, adeo distento impedito que, vt post cibum frequenter, ac etiam recumbens, non raro & in sole iacens id ocium, quod alijs aut gestationi, aut deambulationi, seu leuiuscule voluptati impendunt, ipse tot rerum annotationibus destinare fuerit coactus: porro & in itinere cū a cæteris curis paulo liberior animus foret, idē agere: quodq; mireris, in balneis etiam dum distingueretur & tergetur, audire quicquam aut dicere. *Quibus omnibus constare posse arbitror, parcissimum temporis dispensatorem tantopere publicarum occupationum molestia præpeditū, festinanter pleraq; & tanquam aliud agendo conscripsi: quę parto commodiori ocio ad Aristophanis (quod aiunt) lucernam emendaturus si lieuisset erat.* Quanquam sunt viri eruditissimi, qui dicere non vereantur Caium Plinium Mathematica, quę ex Græcis & Latinis transumpsit, non admodum intellexisse: cuius hoc manifestum argumentum est, quod Lunam maiorem esse terra credidit, Martiano Capella, omnia alioquī Pliniana demirato, refragante: quod manifeste falsum nouisset, quę ille tradidit. Præterea diuersis alicubi, & sese collidentibus alicubi proditis, quę sane non ita pridem a me Pomponium interpretante transmissa, demum referenda erant. Porro & illud. xvi. cap. secundi falsum est quod scripsit, Nihil habitari ab hominibus, quam quod Zodiaco subiaceret. Atque hæc leuicula. *Prægrādia quædam, & scitu dignissima adnotauit Georgius Collimitius noster, Mathematics scientissimus, dictato volumine, quod breui (vt speramus) in lucem ædet.* Interim diligetię nostrę in locis Plinianis censem, vel tantillum gustum studiose iuuentuti propinare libebat, quo ab uno cætera æstimat: videretque non conuenire, vt Plinium veritatis authorem esse crederemus, quod Camers tamen autumat. Qui quoniam aperte mihi calumnię notam inuissit, placuit vt hoc in loco quam possem breuissime, doctissimorum testimonij citatis indicarem, quam libere, nec dicam false, aut arroganter, in media prope Italia nati eruditissimi homines de Plinio pronunciarint: vt inde quoque candidus lector intelligeret qua per omnia vsus modestia fuerim. Ante alios Nicolaus Leonicenus Vincētinus, & tatenoltra in Græcis Latinisq; literis, & vniuersa philosophia peritissimus, & plane Aesculapius quidam in re medica, minime vero propenso alicubi, quod ex suis ad me literis intellexi, ad carpendum mordendum animo: præterea Plinius conterraneus, siue Veronensem hunc facis, seu Nouocomēsem esse mauis. Hic non admodum magnū negotium vel huic facturus est, qui Pliniū non satis Græce calluisse dixerit, mox. Utinā, inquit, Plinius tantā habuisset in eorum de sapientiam, quantā habuit in lingua patria eloquentiam. &c. Quando ego, chare Camers, tale quicquam in Plinio desyderavi? Sed audi quid dicat amplius: *Quod homines eruditii Plinianam elocutionem diuinam iudicent, eamq; præcipue imitandā censeant, nō equidem improbo, sed magis laudo: & quibus ista nō sapiat, eos despere arbitror.* Sed illos vicissim puto esse ē altero desipiētię genere, qui Plinio tantā tribuunt diuinitatem, vt nullo pacto in animi eorum captum venire possit, Pliniū in aliqua sui operis parte de errasse, siue de imaginibus herbarū atq; natura, siue de terræ & maris ambitu, siue de syderū magnitudine loquatur. Cæterū leuia hæc & quę vix credas hominem Transpanianū Transpadano obijcere potuisse. Illius potius meminisse oportet, quod in doctissimā quadam, & elegantissima epistola, qua Politiano in vocabulo καθός pro hedera, Plinius patrocinii suscipienti respōdet, idem Nicolaus sic ait: *Ego vero, & si non inficias eo Pliniū omnium doctrinarum studia excoluisse, multa tamen de quibus in suis de naturali historia libris cōscripsit, nō satis illi comperta, atque explorata fuisse crediderim.* Ex quo illud secutum est, vt cū non ea scriberet, quę ipse nouisset, sed quę potius a diuersis autoribus varie scripta collegisset, saepius diuersa pro eisdem, atq; eadē pro diuersis retulisse videatur. Hæc Leonicenus, qui in eiusdem epistole loco alio sic infit: *Quod si is mihi animus fuisset, aut nunc etiā esset, Plinius errata in lucem pateface re potuisse & tūc, & nūc quoq; possem integrū de eisdē implere volumen.* &c. Quibus verbis credo odorari Camerum posse, quot errata in opere Pliniano Leonicenus, non Germanus, sed Transpadanus, & Plinius conterraneus, supra Hermolai vigilias, & reliquorū diligentiam obseruauerit, quādovolumē erratis Plinianis impleturus erat, si ita libuisset. Is etiā Leonicenus alicubi Plinius de Lunę magnitudine verba cauillū vocat, ei q; notā inurit manifestarij errati: tāq; ad Plinianā diligē

Plinius Græcis præmolitus.

Laus Plinij.

Plinius labi potuit.

Georgius Collimitius.

Nicolaus Leonicenus.

Nicolaï de Plinio iudicium.

Plinius Lapsus

IOACH. VADIANI LOCORVM ALIQVOT EXPLANATIO.

tiam attinuerit, non conscribere solum ex alijs, verum etiam iudicio adhibito secernere: cū hæres tamen alijs, qui sua ætate de mathematicis literis prodiderunt, notę compertæque fuerint. Porro notius est, q̄ vt multis dicam, quibus modis Plinium tractet, quod de Dorcade & Caprea, de Vespertilione & Nycteride, de Siluro & Glani, de Passere & Psittaco animalibus, interim Græce ea, interim Latine nominans, ita meminerit, vt lectorē tamen non admonuerit, eadem ne an diuersa essent: vt plane videri queat putasse non eadem esse. Idem de Gallica Nardo, & Saliunca, tanq̄ de diuersis herbis Plinium tradidisse ait, cum Dioscoridi cap. vij. idem sint: quanquam scio præclarum herbarię rei professorem Virgilium Marcellum nuper æditis in Dioscoridem commentarijs, Plinio patrocinari cœpisse, & apud Dioscoridem non Saliuncam, sed Gallicam legendum esse contendere. Q uod vt missura faciamus, quid illud quod in Plinio Græcarum literarum peritiam desyderans, ignorasse eum ait quid vocabulū Myrmetion Græcis significet, in descriptione Phalangij Myrmetij: quem errorem ne Herinolaus quidē dissimulare potuerit. Iam Nicolaus Petottus eximię doctrinę scriptor mirari satis nequit, quod Dasipodem diuersum a lepore fecerit Plinius, & multis tamen argumentis constet idem animal a Græcis Dasipoden, a Latinis leporem dici. Porro hæc atq; his similia innumera, cum mira quadam libertate, & fiducia in Plinianis voluminibus eruditи obseruent, annotent, taxent: sintque hodie qui tanquam in seminario quodam, ita in Plinio esse tradant, quod magno posteritatis emolumento eruditи quotidie explicare & interpretari queant. Quid mihi egregijs argumentis intento molestus esse pergis, quod alicubi inuitus etiam dissentire a Plinio cogor? Quando ne tantillum quidem Plinianæ maiestati detraxerim, ac de imperitię suspitione ne cogitarim quidem: præterea nostro id exemplo nō faciam. Nisi forte Plinianam autoritatem numinis loco ita venerandam censes, vt indignum iudices, aut ratione eam, aut demonstrationi cedere. Qua in sententia si peritas, facesto libens, & Persianum illud subdo: Per me sint omnia protinus alba. Iuuabit priuatim de his tradere, & animum ab odiosa contentione auocatum liberiore parto ocio ad alia quoq; aestimanda, nulla minus parte frugifer a studio, conuertere. Scio enim priuato in opere id curaturum Collimitum, vt quantum illi venerandae alioqui autoritatis scriptori, in rerum Astronomicarum tractatione tribuendum sit, haud difficile omnes intelligent. Libuit autem doctissime Faber, vt consilijs mei demum rationem tibi patefaciam, in exponentis Pomponij libris huiusmodi locis passim immorari, nō admodum trivialis, neque alienis a susceptę prouincię instituto: ne quis claudi more, vt ille ait, pile me inhærente, nec quicq; ex ingenio, quo amplius prodessem multis, depromere arbitraretur: & videbam conscriben di laborem inglorium non minus quam inutilem esse, si tantum ex commentario saperem, & quid veteres senserint, non etiam quid pro recentiorum cum eruditione promouente, tum vero dignissima fide experientia sentiendum esset proderem, rariusculis quibusdam apud assiduos scriptores locis annotatis. Proinde eum me modum in illo ipso opere seruasse existimo, vt quoad in columni veritatis studio liceret, nullius plane aut nomini, aut famę obsuerimus, aut infectam crux gloriolam illam captauerimus. Q uod si sunt qui dígito monstratos quosdam ægreferunt, tribuant precor illi veritati, quod nobis daturi alioqui non erant. Evidem quod ad me attinet, tantum sincero liberoque a calunijs veritatis studio tribuo, vt quod sæpe sum præfatus, meliora certioraue depromentibus libenter sim cessurus: quin & errata in nostris vbiubi illa extiterint, agnitus, nec deprecatus culpam, modo rationibus illa, non quibusuis, sed attinentibus & dignis fide conuincantur. Si quis ait leui me testimonio vsum fuisse docebit, non grauabor & autoritati dare locum, modo quos citauit, rationibus dignis fide non præmunierim, tñ illa scriptoris fuerit classici & assidui. Q uod ad Camertem attinet, virum omnibus modis doctum & diligentē, vellem equidem quouis alio modo monitum me fuisse, quo commodius necessarijs occupationibus nostris horas ægre ad hanc disputationem impetratas dedere potuissem. Cæterum quoniam hac via incedere maluit, visusque sibi est pro vindicandis ab incuria calumniaq; Solino & Plinio nauiter agere, nihil adeo ægre tule rim, sciens hanc literarum velitationem, vel inter amicissimos locū habere posse. Q ua de re nec ipsum quidem tot nominibus amicum, quod veritatis iuuandę gratia potissimum, ei responderim, his nostris offendit iri speramus. Vnum id dolere me non possum non fateri, quod cum anno superiori e Sarmatia Viennam venissem, scholijs meis iamdudum in lucē æditis, & suas ipse in Solinū enarrationes iam tum in officinam chalcographiam destinaret, nō ita magno vtrius commodo cecidisse, vt his de locis (quod ante sæpe in alijs facere consuevisset) fidelissime contulerimus: vt hoc modo alia ratiōe inita, & Camers nō infulsisset suis, quę infulsit: & ego post reuisos auctoſq; his proximis mensibus Commentarios nostros, iſdem indicandis nostri rationem habere non fuisse coactus. Tuum fuerit omnium insignium doctrinarum peritissime Faber iudicio adhibito, & vtriusq; collatis sententijs perpendere, fauore ne an odio, an magis afferē studio veritatis ea tradiderim, quę Camerti nostro digna visa sunt, quę carperentur, aut certe non reciperentur.

F I N I S.

IOACHIMI